



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 821 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 821 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 821 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 821 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 821 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 821 8° copy 1

6-3/2.

DA BOX



LN 821 ex. 1 M

LN 811 ex. 2



IN
EPI
LI
NICO

W
EXCV

AN

LN 821
W.I
M

COMMENTARIUS
IN VTRAMQVE
EPISTOLAM PAV=
LI AD THESSALONI= CENSES, SCRIPTVS

A
NICOLAO HEMMINGIO.



1611. 24. Febr.
WITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO M. D. LXVI.

LN 821
ex. 1
M

RE
PIET
tute pre
gio, Dice
fi

NIC



natura
titudine
maxima
sublata
ginam in
est. Etsi
gratitudi
Tamen,
rerum co
honestiss
denda o
re non i
conqueri



REVERENDO VIRO,

PIETATE, DOCTRINA ET VIR-
tute præstanti, Magistro Nicolao Casparo VViber-
gio, Dioecesis Othoniensis Episcopo Vigilantissimo,
fratri suo in Christo carissimo, Gra-
tiam & Pacem precatur

NICOLAVS HEMMINGIVS.

VM homo sit conditus
ad societatem, et nulla so-
cietas sine mutuis officijs
incolumis esse queat, ipsa
natura duce homines intelligunt gra-
titudinem, qua rependuntur beneficia,
maximam virtutem esse. Hac enim
sublata ipsam omnium virtutum re-
ginam iusticiam è medio tolli necesse
est. Etsi autem, natura magistra, lex
gratitudinis omnes ex æquo obligat:
Tamen, prob dolor, in hac omnium
rerum confusione perpauci sunt, qui
honestissimæ & sanctissimæ de red-
denda gratia legi obtemperant. Qua-
re non immerito Pindarus sua ætate
conqueritur, Παλαια ἐνδε χάρις αύρα-

A 2 moves

EPISTOLA

moves ἐποτὶ. acceptae vel leuisimae
iniuriæ nemo non memor existit, sed
beneficij vel maximi percepti memo-
ria aut nulla aut pertenuis in diem
durat, præsertim apud eos, qui spiritu
Christi non ducuntur. Siquidem hi
suo carnali iudicio et corrupto ferun-
tur semper in deterius, Hoc cū anim-
aduerterent Philosophi, nihil non fe-
cerunt, ut homines ad gratitudinis
legem reuocarent. alias enim apo-
gos proposuerunt, alias animalium
historias de gratitudine commendas-
runt, alias pœnas statutas in ingratos
exaggerarunt, Breuiter, veris & fi-
ctis rationibus conati sunt homines
ad gratitudinis amorem inuitare.

Xenophon scribit, in secundo me-
morabiliū dictorum et factorum So-
cratis de Aristacho, qui cum contem-
neretur à familia sua tanquam ocio-
sus

sus, et
viden-
crate
ret, in
anima
ad her-
ō here-
bis qua-
seum pr
ipsæ de-
istum,
modi ej-
ipse edis
audisset
sum qui
hominib
lupis rap
nisi ego
dem pab
teritum.
ones, plac

DEDICATORIA.

sus, et accusaretur, quod nihil laboris
videretur facere solus, iubetur à So-
crate ut apogum canis familiæ nar-
ret, in hūc modū, Ferunt, inquit, quādo
animalia fari poterant, ouem quandā
ad herum suum dixisse, admiratione
ō here dignum est quod facis. nam no-
bis quæ et lanam tibi, et agnos, & ca-
seum præbemus, nihil donas, nisi quod
ipsæ de terra decerpimus: at canem
istum, à quo tibi nihil huiusmodi com-
modi est, participem facis cibi de quo
ipse edis. Hanc querelam cum canis
audisset, respondit, per Iouem, ego. n.
sum qui et vos ipsas seruo, vt neq; ab
hominibus furtim abducamini, neq; à
lupis rapiamini. Quandoquidem vos
nisi ego vobis custos adessem, ne qui-
dem pabulari possetis, metuentes in-
teritum. Hoc responsum cū audissent
oues, placatæ sunt, & permiserunt ca-

A 3 nem

EPISTOLA

nem sibi in honore præferri. Et tu,
inquit Socrates, familiæ tuæ dicito,
quòd loco canis sis ipsi custos et cura-
tor, et quod propter te securè et sua-
uiter in suo labore viuat, adeò ut ex-
pers sit omnis iniuriæ. Hoc apolo-
go, ut obliuio benefactorum, et ingratitius
do erga benemeritos taxatur: Ita com-
mēdatur hominib. pietas, ut acceptorū
beneficiarū sint memores, & grati er-
ga eos, quorū experti sunt beneficia.

Stesichorus poëta (ut refert Ioan-
nes Pierius) historiam de gratitudine
aquilæ, carmine prosecutus est in hāc
sentētiam: cum decem et sex messores
quendam è socijs aquatum misissent,
reperit is apud fontem serpentem, qui
cōplexus aquilam arctissimis eam spi-
ris implicitā suffocabat, ille ut falce
messoria armatus erat, audacter pro-
gressus, ferro serpente disseciuit, aqui-
lam

lam a
haust
singul
et ipse
fuit aq
procul
aquila
eam q
agrem
illuc con
simul et
neno inf
intellexi
optime c
nonuit. qu
aquilæ fa
beneficij
nationis
redit m
gnius est
tura infi
piter aby

D E D I C A T O R I A.

Iam autem liberam abire permisit. Cumque
hausta in vnam aqua redisset, socius
singulis poculū ministrauit. Mox cum
et ipse quoque bibere vellet, præstò ad-
fuit aquila, quæ poculū ab ore dispergit
procul, dum messor factū miratur, &
aquilam quā probè nouerat, increpat,
eamque apud socios ingrati animi ream
agere meditatur, videt eos & hic &
illlic concidentes vitā exhalare, unde
simul et aquā, quam illi biberant ve-
neno infectū, et se periculo subductū
intellexit, beneficiumque in volucrem
optimè collocatū manifestissimè cog-
nouit. quem non iure moueret huus
aquilæ factū? Bestia rationis expers
beneficij memoriam retinet, & homo
rationis particeps pro beneficio sæpe
reddit maleficium. Quid quæso indi-
gnius est, quod ut homo nobilis illa crea-
tura infra bestiarū conditionē se tur-
piter abyciat?

A 4 Fa

EPISTOLA

Fabulatur poëtæ de pœna Ixionis,
qui propter ingratitudinē in Iouē; à
quo absolutus erat à parricidij pœna,
manibus ac pedib.alligatus rotæ, quæ
perpetuo et maximo impetu circuagi-
tur, cogitur exclamare (ut ait Pind.)
τὸν εὐεργέταν ἀγανάκτοντας ἐποιχο-
μένους τίνεσθαι, h. ē. Benefactori grata
vice cōpensationē facienda esse ab ijs
qui beneficia acceperūt. Hisce modis,
apologis, historijs, pœnis, fictis ac ve-
ris rationib. Philosophi et Poëtæ ve-
teres hominib. voluerūt gratitudinem
commendare, et eos ab ingratitudinis
vicio renocare, quo humana societas
trāquillior esset, atq; ita vltro citroq;
datis et acceptis beneficijs, homines in
amicitia retinerētur, Sed nos qui Chri-
stiani sumus, & edocti verbo Dei,
præter has iustissimas causas habe-
mus verbū Dei, quod vt nobis grati-
tudi-

tudinē
missio
et cōm
et tēpor
cīa, ita
net. Est
nō mag
potest, q
le. Nam
reddere
injustus
cōpensat
tas alina
legē dile
gis Deu
dictū est
pro bona
eius. Itē
berna o
lis diffi
natura.

DEDICATORIA.

tudinē cōmendat, et addit ingētes pro-
missiones, ita ingratitudinem dānat,
et cōminatur ingratis pœnas æternas
et temporarias. Lex dilectionis, ut iusti-
ciae, ita et gratitudinis legē in se conti-
net. Est n. gratitudo iusticiae pars, quæ
nō magis à dilectione sincera separari
potest, q̄ calor ab igne, aut lumen à so-
le. Nam si iusticiae propriū munus est
reddere unicum quod debet, profecto
iniustus est, qui beneficiū acceptū non
cōpensat, saltem animo, si rerum facul-
tas aliud nō permittit. Si est iniustus,
legē dilectionis violat, & autorem le-
gis Deum contēnit. Non ergo absq; re-
dictū est à Salomone. Qui reddit malū
pro bono, non recedet malum de domo
eius. Item, Ingrati spes tanq̄ pruina hy-
berna colliquescit, et sicut aqua inuti-
lis diffluet. Sed quid opus est multis?
natura dictante scimus gratiā redden-

A 5 dam

EPISTOLA

dam esse benefactorib. Lege Dei idē omnib. notū est. Qui ergo fit, quod tan- ta sit multorum ingratitudo? Non hic rei ignoratio in causa est, sed volūtas, quæ non discitur. Verū ubi manu Dei reformata fuerit et adiuta, tum demū doctrinæ obtēperare potest et fieri bo- na, et grata per gratiā, quæ est mala et ingrata ex naturæ viciositate. Proin- de cū nos non satis tangimur benefici- orum memoria, cogitemus spiritū suc- cubere carni, qui fide, meditatione verbi Dei, et inuocatione erigēdus et ex- citādus est: quo excitato sentiemus eti- am voluntatē impelli, vt se conformet ad legē et voluntatem Dei. Ut autem hæc de gratitudine ad te, vir clarissi- me et amice singularis, scriberem, fece- rūt tua erga me beneficia, quib. respon- dere animo saltem aliquo modo cupio. Taceo singularem tuum candorē erga me,

me, q
perspe
fatione
et dein
tua ab
lao. Om
cedit ta
quam
es, decre
solū re i
solum
tis tue
minister
laſti, leu
currū, ei
ministra
humanū
prædico
permoti
et agro
rita, tar

DE D I C A T O R I A.

me, qui mihi ultra 24. annos fuerat perspectissimus. Taceo amicā conuersationem, dū apud nos primū studiosus, et deinde Pastor fuisti. Taceo honesta tua absentis testimonia de tuo Nicolo. Omnia hæc, etsi maxima sunt, excedit tamen ista tua singularis pietas, qua matrē meam ante annū prosecutus es, decrepitam et ægrotā. Hanc n. non solū re iuuisti, quod magnū iudico: non solum verbis consolatus es, quod pietatis tuæ testimonium fuit: verum etiam ministerio quodāmodo seruili refocilasti, leuando ægrotam de curru & in currū, et postea conuiuio à te exceptae ministrando: id quod non solū agnosco humanū beneficiū, verum etiam diuinum prædico, nisi n. diuino spiritu fuisses permotus, nequaq; afflictæ, decrepitæ et ægrotæ aniculæ nihil de te benemeritæ, tantum honorē tribuisses. pro quo
tuo

EPIST. DEDICAT.

tuo beneficio fateor, me tibi plurimum
debere. Et quoniā hoc tēpore non pos-
sum ut vellem animum meum erga te
declarare, facio quod possū, & hos Cō-
mentarios in vtrāq. Epistolā Pauli
ad Thessalonicenses sub tuo nomine in-
lucem mitto, vt aliquod saltem grati-
mei erga te animi testimonium extet.
Rogo aut̄, vt hoc munus qualecūq. sit,
boni consulas, atq. illud habeas tanq̄
perpetuum gratitudinis meae erga te
μνημόσυνον. Vale cum uxore tua Anna,
fæmina honestissima, ac cum tota fa-
milia. Cupio fratres oēs conseruos no-
stros in ministerio Euangeliū in tota
diœcesi Othoniensi, & in patria mea
Lolandia, per te meo nomine salutari:
quos omnes Veneror vt dominos: &
vt fratres meos carissimos comple-
ctor. Haffnia, primo die Maij, Anno
Domini 1565.

ARGV-

A
T
L



ne scribe
nis ordo
filium a
hendetu
Dei
bus, vt g
Terr
non obse
scientium

IN 17. c
I quomo
Apostol
admodu
mina ie
cordia d

7

ARGVMEN^T IN EPISTO^LA M PAVLI PRIOREM ad Thessalonicenses,



VONIAM DE DIVO
Paulo huius Epistolæ auto-
re sæpius est à me dictum,
ipsius præconio omisso, hic
dícam Primum de occasio-
ne scribendi: vnde non solùm tractatio-
nis ordo melius intelligetur, sed etiam con-
siliū autoris & scopus orationis depre-
hendetur.

Deinde de quæstionib[us] principali-
bus, vt genus causæ perspiciatur.

Tertiò de ordine tractationis, quo
non obseruato non solùm docentis, sed di-
scendentium quoq[ue] labor erit frustraneus.

O C C A S I O,

IN 17. capite Actor: commemorat Lucae
I quomodo & quanta cum difficultats
Apostolus apud Thessalonicenses breui
admodum tempore, Ecclesiæ quædam se-
mina iecerat, vnde p[er] q[ui]ibus salus fuit
cordi admoniti scripturas scrutati sunt, an
ista

ARGV-

E P I S T . I . A D

ista ita se haberent, quemadmodum à Paulo erant edocti. Sed quia Paulus, turba excitata per Iudeos quosdam, coactus est nocte discedere Beroeam, & inde Athenas (vnde hanc Epistolam scripsit) reliquit illic Timotheum, quem cum ad se Athenas vocasset, didicit ab eo statu Ecclesiae Thessalonicensis, nimirum quod constans in medio persecutionum suorum ciuium persistaret. Quod cum audiret Paulus, haud paruus gauilus est, quare & ipsis scribit, cum ut laudet hanc illorum constantiam, Tum ut animet eos exemplo aliarum Ecclesiarum ad patientiam, ex quo consilium Pauli & scopus totius Epistolae esse colligitur, ut Thessalonenses in fide, patientia, & pietate confirmet.

Q V A E S T I O N E S P R I N C I P A L E S .

QVIA hic non instituitur disputatio, difficilius est quæstiones seu propositiones principales eruere, quæ tamen necessariæ sunt cognitu, modo velimus altius hanc Epistolam introspicere. Reuocemus itaque totam Epistolam ad has hypotheses. De constantia fidei, & laude Thessalonencium in perferenda persecutione. De Pauli affectu

affectu
am, de
stinos
oration
at ad ips
tur usq
tione ad
do dolor
sti; De ou
animi &
ctar in ha
ad quæce
iam intelli
mixti gene
tiui, parti
generis. N
non solum
ti, verume
eonu qui ad
bantur, in u

ORI

O Rditu
lutati
quod The
nec dimou
pter persec

THESSALON.

affectu erga illos; De gaudio ob constantiam, de cura pro ipsis, ne relabantur in pristinos errores persecutionibus fracti: De oratione ac uoto Pauli ad Deum, ut veniat ad ipsos, vtq; ipsi crescant & confirmentur usq; ad aduentum Christi: De exhortatione ad virtutes Christianas; De mitigando dolore super mortuis: De aduentu Christi: De oratione pro sanctificatione spiritus animi & corporis. Has propositiones tractat in hac Epistola, quæ sunt veluti capita, ad quæ cætera omnia referenda sunt. Hinc iam intelligi potest, quod hæc Epistola sit mixti generis, partim enim est Demonstrativi, partim Suasori, partim Didascalici generis. Nam habuit Paulus hic rationem, non solum eorum, qui in fide erant radicati, verum etiam infirmorum, rudium, & eorum qui adhuc ueterem hominem sequabantur, in uitj familiaribus & consuetis.

ORDO TRACTATIONIS.

Orditur suo more ab Epigrapha & salutatione cum gratiarum actione, quod Thessalonicenses in fide sint stabiles, nec dimoueantur à confessione fidei propter persecutiones præsentes. Atq; hæc est prima

EPIST. I. AD

prima pars, quæ absolvitur in primo capite. Deinde in secundo capite ingreditur narrationem fundatæ per se Ecclesiæ apud Thessalonicenses. Vnde rursus in laudes eorum excurrit, quòd imitantur alias Ecclesiæ Dei, in patienter ferenda cruce. Hinc in tertio capite subiungit expositionem legationis Timothei ad ipsos: cui votum de suo aduentu addit. His pertractatis, addit in quarto & quinto capitibus paræneses de varijs rebus, vbi doctrinam resurrectionis, & aduentus Christi per occasionem attingit. Tandem precatione ac voto claudit Epistolam.

CAPVT PRI^MV M.

SVMMA PRIMI
CAPITI S.

Laudantur à Paulo Thessalonicenses, quòd ad ipsius prædicationem conuersi, in medio persecutionum firmi in fide perstiterint. Adeò quòd alijs credentibus exemplum sint fidei, perseverantiæ, & tolerantiae.

ORDO

THESSALON.
ORDO ET PARTES
PRIMI CAPITIS.

Epigrapha, salutatio, propositio gratia-
rum actionis, per expositionem confir-
matio, & declaratio, vnde prima proposi-
tio superius indicata colligitur.

EXEGESIS PRIMI CAPI
TIS CVM OBSERVATIO-
ne doctrinarum.

Paulus, Syluanus & Timo-
theus.

Prior Epigraphæ pars. Cur autem sup-
presserit hic Paulus dignitatis & fun-
ctionis suæ titulum, ex contrario est colli-
gendum, vt enim Apostolatum suum in-
terdum extollit, vindicandæ suæ autorita-
tis causa : Ita hic supprimendo Apostola-
tus titulum, significat se agnitus fuisse à
Thessalonicensibus verum Christi Apo-
stolum, vt non fuerit opus, id quod ab ihs
citra controuersiam receptum erat, referre.
Sed cur sibi adiungit Syluanum & Timo-
theum & vt tanquam communib[us] episto-
læ autoribus, eis autoritatem apud Thes-
salonicenses conciliet, vnde monentur su-

B perio-

E P I S T . I . A D

periores Euangelij ministri non deprime-
re, sed extollere potius inferiores symmy-
stas: non suam tantum, sed aliorum quoq;
rationem habentes.

Ecclesiæ Thessalonicensium.

Thessalonica à victis Thessalīs dicta
est, Et est ciuitas Macedoniæ, quam non
solum hæc Epistola Pauli, verum etiam
Magni Theodosij præceps & implacabilis
ira famosam reddidit. Indignatus enim
ob cæsos in ea iudices alioqui clementissi-
mus Imperator, vniuersum vrbis popu-
lum trucidari mandauit, vbi 11000. ho-
mínū cæsa traduntur. Hoc facinus tam
immane non ferens incorruptum Diuus
Ambroſius Mediolanensem Episcopus,
Imperatorem ab ingressu Ecclesiæ prohi-
bitum ad pœnitentiam compulit. Nec
maximus Princeps pastoris subire iudici-
um recusauit, vide librum 9, Tripartitæ
historiæ. Hodie Thessalonica cum tota
Macedonia Turcorum imperio subiecta
est, vnde admoneamur vicissitudinis re-
rum humanarum, ut Deum timentes, nos
ab eo regi contra infidias Diaboli arden-
tibus precibus exoptemus,

In Deo

THESSALON.
In Deo Patre, & Domino
Iesu Christo.

Hæc amplificatio à causa sumta, docet
eam esse veram Ecclesiam, quæ in Deo est
fundata, & in qua Christus suo uerbo &
Spiritu regnat.

Gratia uobis & pax à Deo
Patre nostro, & Domino Iesu
Christo.

Loco salutationis imprecatur suo mo-
re Thessalonicensibus gratiam & pacem,
quæ propria Euangelij bona sunt. Est au-
tem gratia fauor Dei cum remissione pec-
catorum, & alijs bonis quæ cum illa con-
iuncta sunt. Quæ dona ideo gratia dicun-
tur, quia gratuitò donantur. Pax est re-
conciliatio nostri cum Deo: Cui tranquil-
litas conscientiæ cohæret, & omnia pro-
spera, adeoque salus ipsa. vt autem doceat
hæc non aliundè proficiisci quam à Deo per
Iesum Christum, vtque discernat eadem
ab euanida mundi gratia & pace, addit à
Deo Patre & Domino nostro Iesu Christo.
Nam vt Deus Pater suum Filium comple-
xus est summo fauore; Ita propter eiusdem

B 2 victi-

In Deo

E P I S T . I . A D

victimam nobis quoq; fauet, & est reconciliatus, sed fide iustificatis, Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus cum Deo Patre, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem etiam accessum obtinemus fide in gratiam hanc in qua stamus. Quapropter quoties Paulus aliquibus gratiam & pacem imprecatur, simul requirit fidem: sine qua nemini contingunt. Hanc praecedit prædicatio verbi, cui coniuncta est virtus Spiritus sancti. Meminerimus ergo prædicationem Euangeli summa bona secum adferre, quæ qui non habet, sub ira & damnatione manet.

Gratias agimus Deo semper pro omnibus uobis, mentionem facientes in precibus nostris.

Propositio est gratiarum actionis ob profectum Thessalonicensium in pietate. Vnde & nos discamus gratias Deo agere pro suis beneficijs, & maximè pro propagatione Euangeli. Et simul admoneamur, quod propagatio Euangeli diuinum sit opus. Exemplum Pauli nos etiam inuitet ad

THESSALON.

ad orandum pro Ecclesia, quoties ad Deum preces fundimus, & ministros verbi officij sui commonefaciat.

Indesinenter memores vestri propter opus fidei, & laborem caritatis, & patientiam spei Domini nostri Iesu Christi coram Deo & patre nostro.

Ratio est propositionis, ac totius expositionis sequentis summa, Sed omnia sunt nobis distinctius excutienda. Cum dicit, Indesinenter memores vestri, monet summum gaudium Christianorum esse debere, mutuum in pietate profectum, nec ullum debere esse arctius vinculum inter homines pietate vera. Deinde breui Aphorismo complectitur summam vitae Christianae, quae sita est in fide, caritate & spe, atque horum effectibus seu fructibus. Fides, spes & caritas resident in corde, sed eorum fructus palam testantur, vbi vere & non simulate adsunt. Fides proinde non est otiosa, sed operatur, producit suos fructus, invocationem, gratiarum actionem, constantiam in confessione &c. Caritas

B 3 tas

E P I S T . I . A D

tas laborat, id est, fert molestias in præstantiis officijs & leuandis fratum oneribus. Spes tolerat patienter quæuis incommoda, bona promissa in fluctibus persecutio nem expectando, Sed ne quis hac spe frustratum iri suspicetur, eam fundatam esse in Domino nostro Iesu Christo asserit, Id que in conspectu Dei, qui coram intuetur omnia, & habet curam suorum, iuxta illud : Nouit Dominus viam iustorum. Colligamus igitur ex hoc loco veram Christianismi rationem, quæ est firma fidei constantia cum caritate & spe, quæ salutares fructus per totam vitam in ædificatio nem edunt.

Scientes fratres dilecti à Deo
esse electionem uestram.

Singulæ expositionis partes vim confirmationis habent. Reuocat autem hic Paulus ad causam primam, profectum Thessalonicensium in Euangelio, nimirum quod sint à Deo electi. Quotquot enim verè in Christum credunt, à Deo electi esse dicuntur. Nam electi dicuntur respectu impiorum, qui viles & abominabiles habentur in conspectu Dei. Cum contrà fidem

Ies

THESSALON.

Ies preciosi, immo filij Dei censemur adeoque electi. De modo, causa & fundamento electionis credentium abunde diximus in primo capite ad Ephes.

Quia Euangelium nostrum non fuit erga uos in sermone solo, sed etiam in potentia, & spiritu sancto, & in certitudine multa.

Hæc expositionis pars confirmat precedentem rationem, & simul narrat quomodo Euangelium apud Thessalonenses fuerit efficax, quomodoque sit diuinitus confirmata prædicatio per potentiam, hoc est, miracula, per Spiritum sanctum intus confirmantem auditorum corda, & excitantem fidem, & per πληροφορίαν multam, qua scilicet ita stabiles sunt facti Thessalonenses, ut nullis obstaculis persecutionum rectus illorum cursus in Euangelijs fide & confessione sit impeditus. Porrò tametsi miraculorum tempus cessauit: Tamen nos sciamus cum prædicatione externa verè adesse Spiritum sanctum, & excitare arcana vi auditores ad assentiendum verbo, & ad fidem.

B 4 Quem-

EP I S T . I . A D
Quemadmodum scitis qua-
les fuerimus inter uos propter
uos.

Quod dixi de prædicatione uerbi &
efficacia sp̄iritus, Id proprio Thessaloní-
censium testimonio confirmat, qui erant
spectatores totius negotij, in quibus Spir̄itū
sanctus efficax erat ad prædicationem
Pauli. Hinc discant ministri verbī ita do-
cere, vitamq; instituere, ut possint securè
ad auditorum testimonium prouocare.

Et uos imitatores nostri fa-
cti estis & domini, amplexi uer-
bum in tribulatione multa cum
gaudio Spiritus sancti.

Repetit quod initio dixit, sed per col-
lationem exempli. Exempla enim optimo-
rum imitari non exigua laus est. Sed quo-
modo imitatores Domini sunt facti? Quia
ut ille plurima mala tolerans, à proprio
populo, gaudebat tamen sp̄iritu: Ita Thes-
salonicenses à proprijs ciuibus tribulatio-
nes ferendo, gaudio conscientiarum in Spi-
ritu sancto se erigebant, & consolabantur.
Hinc

Hinc
num a
respic
spiritu

Ita
bus c
& A

E
dem &
eo quod
lorum
eorum
li, vrat
fessione
credere,
ce ciuis
am, &c

A
mo D
cedor
loco
nauis
quic

T H E S S A L O N .

Hinc nos quoque in medio persecutio-
num ad Dominum, adeoque ad alios pios
respiciamus, ac pressi cruce nihilominus
spiritu exultemus.

Ita ut fueritis uos typi omni-
bus credentibus in Macedonia
& Achaia.

Evidenti signo Thessalonicensium fi-
dem & confessionem confirmat, nempe ex
eo quod uicinæ regiones & ciuitates de il-
lorum pietate audiuerint, & exemplum
eorum sint imitatae. Monentur hic singu-
li, ut alijs quoque sint exemplo sua pia con-
fessione & vita. Non enim satis est apud te
credere, nisi palam testeris, cuius Reipubli-
cæ ciuis sis. Nam corde creditur ad iustici-
am, & ore fit confessio ad salutem.

A uobis enim personuit ser-
mo Domini, non solum in Ma-
cedonia & Achaia, sed in omni
loco fides uestra erga Deum ma-
nauit, ita ut non opus habeamus
quicquam loqui.

B 5 Quo-

E P I S T . I . A D

Quomodo alijs fuerint Typi exponit,
nimirum quod illorum confessio ad alios
dimanauerit, adeo ut nihil sit opus apud
alios fidem praedicare Thessalonicensium,
quae alioqui nunc satis innotuerit. Chri-
stianis Rebus publicis exemplum hoc pro-
ponatur, ut quo dignitatis loco sunt emi-
nentiores, eò magis in pietate & honestate
alijs praeluceant. Hoc enim plurimum fa-
cere ad aedificationem, Paulus Thessalonic-
ensium exemplo docet, & experientia ipsa
testatur.

Ipsi enim de nobis annunci-
ant, qualem introitum habueri-
mus ad uos, & quomodo con-
uersi estis ad Deum à simulacris
ad seruiendum Deo uiuo & ue-
ro, & ad expectandum Filium
eius de cœlis (quem suscitauit
ex mortuis) Iesum, qui liberabit
uos ab ira uentura.

Dixit adeò personuisse famam fidei
Tessalonicensium apud alios, ut non opus
habuerit Paulus de ea quicquam loqui,
nunc

T H E S S A L O N.

nunc id confirmat ab effectu : nimirum quod alij annuncient sibi inuicem, quomodo id factum sit. Porro hic obseruemus ordinem administrandæ Reipublicæ Christianæ. Primum locum obtinet prædicatio verbi. Hanc sequitur conuersio ad Deum, & desertio Idolorum, nemo enim simul Idolis & vero Deo seruire potest. Tertio loco finis conuersionis attendendus est, qui est seruire viuo & vero Deo, cum expectatione Filij eius de cœlo, qui plenè nos ab omnibus malis eripiet. Qui igitur Deo non seruit, sed viuit adhuc in folidibus carnis suæ, Is nondum conuersus est, immò potius totus à Deo auersus.

**C A P V T S E^z
C V N D V M.**

**S V M M A S E C V N D I
C A P I T I S.**

PAulus multa passus propter Euangelium Thessalonicensibus prædicatum, apud quos inculpate viuens sincerè eos instituit, qui & edocti rectè imitatores aliarum

EPIS. I. AD
tum Ecclesiarum Dei facti sunt in ferendā
cruce, iam se videndi eos desiderio teneri
ostendit.

ORDO CAPITIS
SECUNDI.

Tres sunt huius capitinis partes. Prima est longa expositio conuersationis Pauli apud Thessalonenses. Secunda continet narrationem fructus prædicati Euangelij apud eosdem, Nimirum quod facti sunt imitatores Ecclesiarum Dei in ferendis afflictionibus ob Euangelij confessionem. Tertia est significatio promittudinis animi Pauli ad inuisendos Thessalonenses.

EXEGESIS CAPITIS
SECUNDI, CVM OBSER-
natione doctrinarum.

Ipsi enim scitis fratres, quod ingressus noster ad uos non fuerit inanis.

Propositio præsentis expositionis est.
Appel-

in serenda
trio teneri

TIS

tes, Prima
uerationis
Secunda
prædicati
rum quod
n Dei infe
geli confes
promitti
os Thessalos

PITIS

BSER:

res, quod
non fue
olitionis est.
Appel-

THESSALON.

Appellatione fratrum benevolentiam capat, ostendit enim affectum suum erga ipsos.

Sed & antea passi, & contumelij affecti (quemadmodum scitis) Philippis fiduciam summisimus in Deo nostro loquendi apud uos Euangelium Dei in multo certamine,

Pressuram quam hic commemorat, passus est propter sp̄ritum Pythonicum, quem à puella eiecerat Actor. 16. Ibi enim uirgis cæsus coniçitur in carcerem, cuius custodem ad fidem conuertit, Deinde certamen, quod sustinuit apud Thessalonenses, describitur Actor. 17, Nam Iudæi increduli excitarunt totam ciuitatem aduersus Paulum, adeò ut coactus sit, quemadmodum supra admonui, fuga sibi consulere, Sed prius iacto Euangeli fundamento. Hæc nobis proponuntur in exemplum, ne propter persecutionem abñciamus officium, sed potius cum Paulo incitemur magis ad præstandum officium,

Nam

E P I S T . I . A D

Nam exhortatio nostra non
ex impostura, neq; ex impurita-
te, neq; in dolo.

Iam suæ doctrinæ modum exponit.
Exhortationis verbum accipit pro toto
ministerio suo, seu doctrina tota, quæ au-
ditoribus accommodari nequit, sine ex-
hortationibus. Primum autem se alienum
fuisse ostendit ab ihs uitijs, quæ doctrinam
corrumpere solent. Impostura significat
fallendi artem. Immunditia ad affectum
animi pertinet, Dolus ad modum agen-
di. Significat igitur per ἀντίθεσιν, quod
docendo sincere ex pio cordis affectu, la-
borauerit strenuè in propagando Euange-
lio, id quod sequentibus uerbis clarius ex-
primit.

Sed quemadmodum probas-
ti fuimus à Deo, ut crederetur
nobis Euāgelium, sic loqui-
mur, non tanquam hominibus
placentes, sed DEO probanti
corda nostra.

Autorem sui Apostolatus citat, Idque

eo

THESSALON.

eo consilio, ut Thessalonicenses statuant se
uerè iuxta Dei consilium uocatos esse in
agnitionem Euangeli, utque constantius
perstent in confessione eius doctrinæ, quam
à Deo esse norunt. Deinde, qualis mini-
ster Euangeli esse debeat, ostendit. Ni-
trum ut se conformet ad uoluntatem Dei,
cuius est minister, ne ob hominum fau-
rem, uel doctrinam uiciet, uel confessio-
nem abieciat, quemadmodum illi solent,
qui omnia ambitiosè agunt in hominum
gratiam,

Neq; enim unquam in ser-
mone adulacionis fuimus, quem
admodum nostis, neq; in occa-
sione avaritiæ, Deus testis.

Proximam sententiam enumeratione
confirmat. Recitat enim uitia, quibus ob-
noxii esse solent, qui hominibus placere
student, impuris affectibus prædicti, ac pri-
mum amouet à se suspicionem adulatio-
nis, idq; illorum proprio testimonio. De-
inde avaritiæ quoq; suspicionem amouet,
prouocando ad Dei testimonium, qui so-
lus de affectibus iudicare potest, Sint igitur
mini-

E P I S T . I . A D
ministri Euangeli⁹ alieni ab adulatōne &
auaritia.

Nec quærentes ab homini-
bus gloriam, nec à uobis, nec
ab alijs.

Se à gloriæ inanis studio alienum fu-
isse monet. Vbi enim ambitio, fastus, &
applausus populares regnant, Ibi cum ui-
cioso affectu peruersum agendi studium
adesse necesse est. Nam cum ambitio sanam
mentem adimit, nulla fides (quæ est dire-
trix operum) esse potest, vnde Dominus
Iohan. 5. Quomodo uos potestis credere,
qui gloriam mutuo à uobis accipitis, &
gloriam quæ est à solo Deo non quæritis?
Sed quis quærit gloriam ab hominibus,
& quis à solo Deo? Is ab hominibus glo-
riam quærere dicitur, qui ambitiosè ap-
plausum hominum ob sua facta quærit.
Contrà, à solo Deo querit gloriam, qui pu-
dore sui confusus, ad gratuitam Dei misé-
ricordiam confugit, nec quicquam sibi es-
se reliquum statuit, in quo glorietur, præ-
ter Christi gratiam. Proinde, ut huius
gloriæ studium semper cum humilitate
coniunctum est: Ita illius ex arrogantia &
ignoratione sui manat. Stet igitur hoc fi-

xum:

xum:
tur, S
āum
riatio
str, I
vnulq
sle, A
recte fa
se glor
conscie
tēt vt
num, i
mus, E
quicqu
gantes,
mentur
se nobis
lo bono
mus, H
in omni
necessari
est vera
entia re
dicantur
est, cora
tiatio, v
bona co
in hunc

THESSALON.

xum: Qui gloriatur, in Domino glorie-
tur. Sed quomodo cum his conuenit di-
ctum Pauli 2, ad Corinth. 2. Hæc est glo-
riatio nostra, testimonium conscientiæ no-
stræ. Et ad Galat. 6, Opus suum probet
vnusquisq; & tunc gloriam habebit apud
se: An non Paulus his verbis satetur,
rectè facientem officia vocationis suæ, pos-
se gloriari? Respondeo, Qui testimonium
conscientiæ bonæ habet in suis factis, po-
test vtique gloriari, sed non extra Domi-
num. Quare has exceptiones constituam-
us. Primum, acceptum feramus Deo
quicquid habemus boni, nobis nihil arro-
gantes. Deinde retineamus illud funda-
mentum, in sola Dei misericordia sitam es-
se nobis salutis fiduciam. Postremò in so-
lo bonorum omnium autore acquiesca-
mus. His sic apud nos constitutis, pia erit
in omni bonorum genere gloriatio, immò
necessaria, & expetenda. Nam nihil aliud
est vera gloria, quam approbatio consci-
entiæ rectè iudicantis, & aliorum rectè iu-
dicantium. Vbi igitur conscientia bona
est, coram Deo & hominibus, ibi vera glo-
riatio, vnde Paulus Actor: 23. Ego omni
bona conscientia versatus sum ante Deum
in hunc usq; diem.

C Cum

E P I S T . I . A D

Cum possemus in onere esse,
tanquam Christi Apostoli, facti
tamen sumus placidi in medio
uestri, perinde ac si nutrix foue-
at filios suos.

Certissimo signo confirmat, se non
quæsiuisse gloriam ab hominibus, cum in-
quit: Possemus esse in onere, hoc est, usur-
pare autoritatem Apostolicam, ut cæteri
Apostoli, Tamen huic iuri cessimus mites,
placidi, & lenes effecti, Perinde atque nu-
trix, quæ suos tenellos pueros calefacit,
fouet, ac tenerrimè tractat. Hoc Pauli ex-
emplum sequantur pñ Euangeli præco-
nes, ne abutentes autoritate sua, plus de-
struant, quam ædificant: Quod quidem
illis vñu venire solet, qui intempestiuo ze-
lo iurisdictionem Ecclesiasticam usurpat,
sine maturo Ecclesiæ iudicio. Porro hic
locus, & qui est 1. Corinth. 9. videtur non-
nullis patrocinari operibus supereroga-
tionis, quæ definiunt esse opera indebita,
vt quæ fiunt ultra id, quod quis debeat.
Verum priusquam respondeam ad argu-
mentum Papisticum, firma demonstratio-
ne ostendam.

neoste
mentu
prehe
gatio
Cum
vobis,
buimu
opus a
aut De
prehen
stancio
rum d
rum, A
titatem
lum ad
contine
minum
nullum
quiratur
mum tu
tis firmis
num sup

Hoc
nem Pa
cunt) of
dicando
mulum,

THESSALON.

ne ostendam, quām uanum sit illorum figura-
mentum. Quæcunq; opera sub lege com-
prehenduntur, falso uocantur superero-
gationis opera. Sic enim Dominus inquit:
Cum omnia feceritis, quæ præcepta sunt
vobis, dicate. Inutiles serui sumus, quæ de-
buimus facere, fecimus. Præterea nullum
opus agnoscendum est bonum opus esse,
aut Deo acceptum, quod lege Dei com-
prehensum non sit, quemadmodum ex di-
stinctione operum conuincitur, Nam tan-
tum duo ordines sunt bonorum ope-
rum. Aut enim ad Dei cultum, aut ad ca-
ritatem proximi referuntur. Et ut nul-
lum ad Dei cultum pertineret, quod non
contineatur sub hoc capite: Diliges Do-
minum Deum tuum in toto corde &c. Ita
nullum officium est caritatis, quod non re-
quiratur illo præcepto: Diliges proxi-
mum tuum sicut te ipsum. Ex his axiomata
firmissimis sequitur, nullum opus bo-
num supererogationis dici posse.

Hoc iacto fundamento, ad obiectionem Papistarum respondeo: Paulus (di-
cunt) officio satisfecisset, Euangelium pre-
dicando, addit nunc vltra aliquid ad cu-
mulum, non utitur autoritate sua, qua vi-

C 2 potu-

E P I S T . I . A D

potuisset, non sumit mercedem operis, quia
dignum operarium Dominus pronun-
ciat. Igitur supererogat aliquid, quod non
debet. Respondeo, Paulum ultra quidem
progressum suisse, quam requirit ordina-
ria uocatio Apostolorum, seu pastorum,
qui a stipendio abstinuerit, quod Domi-
nus permittit pastoribus sumere. Verum
cum esset ex eius officio pro circumstan-
tia temporis, & personarum, quaecunque
offendicula prouidebat, illis obuiare, Cer-
neret autem Euangelij cursum impeditum
iri, si facultate sua vteretur, Tametsi illud
erat extraordinarium, Dico tamen nihil
Deo praestitisse plus, quam deberet. Est
enim boni pastoris, offendicula, quantum
in se est, tollere. Non est igitur, quod eum
aliquid indebitum Deo contulisse fingant,
Cum nihil aliud praestiterit, quam quod
officij necessitas, gloria Dei, & caritas pro-
ximi flagitabat. Cuius exemplum si se-
querenter hodie multi ministri uerbi, mi-
nus esset turbarum, minus scandalorum in
Ecclesia Christi, propter insatiabilem mul-
torum ingluviem, qui eodem omnes suos co-
natus destinant, ut diuitias per fas & ne-
fas corradant.

Ita

peris, qua
pronun-
quod non
a quidem
it ordina-
taforum,
od Domi-
e, Verum
circumstan-
quæcunque
uiare, Cer-
npeditum
neſi illud
amen nihil
ebet. Eſt
, quantum
quod eum
ille fingant,
uam quod
caritas pro-
plum ſi ſe-
uerbi, mi-
dalorum in-
bilem mul-
ies ſuos co-
rfas & ne-

Ita

THESSALON.

Ita erga uos affecti, libenter
uoluifsemus distribuere uobis
non ſolum Euangelium Dei,
ſed noſtras ipsorum animas,
propterea quod cari nobis fa-
cti eſtis.

Suum affectum ab effectu probat, ni-
mirum, quod non ſolum libenti animo
prædicauerit iſlis Euangelium, quod mu-
neris eſt Apostolici, verum etiam quod
paratus fuerit pro iſpis vitam dare, quod
intime amantis indicium eſt. Discant hinc
miniftri verbi pluris facere ſalutem Eccle-
ſiae, quam propriam uitam: Discant alaci
& promto animo, uel in medio persecutio-
num Euangeli negotium promouere: Di-
ſcant renunciare ſuis commodis & uolu-
ptatibus, ut ſoli gloriae Dei ac ſaluti ani-
marum ſeruire poſſint.

Meministis enim fratres la-
boris noſtri ac fatigationis.

Confirmat ſuperiorem ſententiam ab
experiencia Thessalonicensium, qui exper-
C 3 ti erant

E P I S T . I . A D

ti erant quantum laboris exhauserat Paulus apud ipsos. Porro græcanicæ voces κόπως & μόχθος non multum differunt. κόπως significat laborem cum summa cura & solicitudine coniunctum. μόχθος significat laborem quo quis fatigatur pressus laboris mole ac difficultate. vnde colligitur arduum esse munus ac difficile, fidum ac sincerum ministrum uerbi DEI agere.

Nocte enim & die laborantes, ne quem uestrum grauemos, prædicauimus apud uos Euangeliū Dei.

Confirmationis expositio seu declaratio est. Duplicis enim laboris meminit, Nocturni, quo potissimum manuum labore sibi uictum parauit. Diurni, quo præcipue in prædicando Euangeliō occupatus erat. Cur autem labore manum sibi uictum parauerit, causam reddit, quod noluerit cuiquam illorum oneri esse. Apud Corinthios similiter, & apud Ephesios sibi uictum manuum labore acquisiuit, haud dubie ob hanc causam, ut illis om-

omnēs
spicant
ministri
culpa,
Euange
supra pl
milibus
extruunt

V
sancte
uobis
mus,

Prou
Theffalon
fium qui
lummodo
quicor in
sue in Scr
rationem.
minus ad
homo in
sticiam co
nemini r
deft, Sur
tes, nimis

THESSALON.

omnem calumniandi & sinistrè de se suspicandi occasionem amputaret. Est enim ministrorum uerbi officium cauere, ne sua culpa, aut etiam abusu sui iuris, cursum Euangeliū impediāt. Sed de hac re paulò supra plura sunt dicta, contra eos qui ex similibus exemplis opera supererogationis extruunt.

Vos testes, & Deus, quām sancte & iuste & inculpatē cum uobis credentibus uersati sumus.

Prouocat rursus ad testimonium Thessalonicensium & Dei. Thessalonicensium quidem, qui de externis factis solummodo iudicare poterant, Dei uero, qui cor intuetur, Ideoque solus καρδιογνώσκε in Scriptura dicitur. Porro uiuendi rationem, seu integratatem Christiani hominis ad tria reuocat. Ad sanctitatem, qua homo in uero timore & fide uiuit: Ad iusticiam coram hominibus, quae non solum nemini nocet, sed potius omnibus prodest. Sunt enim huius iusticiæ duæ partes, nimirum, abstinentia ab iniuria pro-

C 4 ximi

EPIST. I. AD

ximi & beneficentia. Ad innocentiam, quā nemini præbet occasionem de se male loquendi. Quia autem hoc postremum difficultissimum est, restringitur ad credentes, qui soli candidè iudicare de aliorum factis didicerunt per spíritum fidei. Hic nos quoque discamus, quō nostra uiuendi ratio uniuersa referenda sit.

Quemadmodum scitis quomodo unumquemque uestrum tanquam pater liberos suos (complexi sumus) obsecrantes & consolantes & testificantes, ut ambularetis dignè Deo, qui uocauit uos in suum regnum & gloriam.

Suprà nutrīci, hic patri se comparat Paulus, suumque paternum affectum tum Thessalonicensium testimonio, tum effectu probat, ut qui officium ueri pastoris faciat, rectè instituendo, hoc est, obsecrando, consolando, ac docendo unumquemque illorum, ut ambulent dignè Deo, qui uocauit eos in suum regnum & gloriam.

Hinc

Hinc m
mūm ei
modo
ministr
quam b
ros, Deit
tantum p
rumetian
prout cu
dare, nen
solentur i
ctos, & te
des, ut u
conuincan
di enim i
Non est ig
te, qui pu
quibus op
lus Act, 2
omnium,
singulos a
non poter
teri, qui p
Tertio, u
videlicet,
gelium, i
caelitis a
nem, qu

T H E S S A L O N.

Hinc multiplex doctrina peti potest. Primum enim docemur exemplo Pauli, quomodo amplecti debeant suos auditores ministri Euangeli, Nimirum, non secus quam bonus & blandus pater suos liberos. Deinde quod eorum officium sit, non tantum publicè docere omnes simul, uerum etiam singulorum curam habere, & prout cuique opus est sermonem accommodare, nempe, ut exhortentur cessantes, consolentur moestos & pusillanimes seu afflictos, & testificantur. Hoc est, doceant rudes, ut uerbo Domini ac sana doctrina conuincantur de ueritate Dei. Testificandi enim uerbum ad doctrinam refertur. Non est igitur perfunctus pastoris munere, qui publicè docet tantum. Sunt enim quibus opus est peculiaris institutio. Paulus Act. 20. dicit, se mundum à sanguine omnium, quia publicè omnes & priuatim singulos admonere non cessauerit. Quare non potest se mundum à sanguine profiteri, qui priuatam instructionem neglit. Tertiò, uocationis finis obseruandus est, uidelicet, quod ideo uocemur per Euangelium, ut consortes regni Dei & gloriæ cœlestis æternum uiuamus beatí. Hunc finem, qui sibi ob oculos verè ponit, fer-

C 5 uen-

E P I S T . I . A D

uentius contra mundum & uitia pugnare, ac integratatem sectari per totam uitam conabitur, quò iuxta nutum & uoluntatem Dei patris uiuere (quod quidem est dignè Deo ambulare) possit. Non igitur res leuis, sed regnum Dei ac salus animarum agitur. Quæ sanè bona quantiscunque periculis ac laboribus præponenda sunt. Quartò, hinc admoneantur ministri uerbi non solum fidei & iustificationis doctrinam urgere, uerum etiam serio legis doctrinam, quæ regulam vitæ Christianæ præscribit, proponere. Nam ut fide in regnum Christi ingredimur, Ita pīs operibus & filijs Dei dignis in regno Christi nos esse declaramus. Sicuti contrà mala opera ciues Satanæ monstrant & coarguunt.

Propter hoc & nos gratias agimus Deo indesinenter, quòd uos amplexi sermonem DEI prædicatum à nobis recepistis, non sermonem hominum, sed (quemadmodum est uerè) sermonem DEI, qui & efficax est
in

in ue
H
gentia,
secunda
non solu
dere de
tunat D
tionem i
bus, & fr
mendatio
de multis i
sit Euange
Deo, Ipse
ministros,
cauere deb
uerè possint
nem Dei, ne
si facerent l
clesia turbat
pomeria Ec
huic uerbo
Dei fidem
salonicens
Euangelij
Nam Deu
Reformat
conuertit u

THESSALON.
in uobis credentibus.

Hactenus de suo ministerio & diligentia, nunc de fructu agit (Estque hæc secunda pars capitis) Gratiarum hæc actio non solum ministrorum esse monet gaudere de profectu sui ministerij, quod fortunat Deus, uerum etiam Pauli prædicationem receptam fuisse à Thessalonicensibus, & fructificasse (quod in illorum commendationem uergit) indicat. Porro hic de multis rebus monemur, Primum, unde sit Euangeli⁹ autoritas, nempe ab autore Deo, Ipse enim sonat suum uerbum per ministros. Deinde, quod ministri uerbi cauere debeant à Doctrinis hominum, ut uerè possint gloriari cum Paulo, se sermonem Dei, non hominum, prædicare. Quod si facerent Romanistæ, minus esset in Ecclesia turbarum, latiusque se extenderent pomeria Ecclesiæ Christi. Præterea, quod huic uerbo homines propter reuerentiam Dei fidem habere debeant exemplo Thessalonensium. Postremo, quis sit effectus Euangeli⁹ in ihs, qui illud uerè recipiunt, Nam Deus in illis est efficax suo spiritu, Reformat mentem hominis sua manu, conuertit uoluntatem, purificat cor, excitat fi-

E P I S T . I . A D

fat fidem, dat alacritatem ad præstandum
Deo cultum suum. Cum contrà contem-
tores Euangeli spiritu Satanæ, & carnis
sensu ferantur. Quam diu igitur aliquis
membra sua iniusticiæ arma sentit, Sciat se
frustrè uerbum audiuisse, temerèque se
Christianum iactare. Hic enim ordō, qui
hoc loco indicatur à Paulo, necessariò ob-
seruandus est. Prædicatio, receptio do-
ctrinæ, fides iustificationis, & efficacia Dei
in credentibus. Prædicatio esse potest sine
sequentibus tribus, Sed nullum horum
trium sīnē cæteris. Vbi enim recipitur do-
ctrina, prædicatio sanè præcessit, fides con-
cipitur, Deique uirtus se exerit. Proinde
nemo de uerbo glorietur, nisi qui sentiat
in se uirtutem Dei.

Vos enim imitatores facti
estis fratres Ecclesiarum Dei,
quæ sunt in Iudæa, in Christo
Iesu, quod hæc passi estis & uos
à proprijs contribulibus, quem
admodum ipsi à Iudæis.

Propositionis proximæ ratio ita ac-
commodanda. Quod uerè amplexi sitis
sermo-

T H E S S A L O N.

sermonem Dei, uerè credatis, Deusque sit
in uobis efficax, ostendit haud obscure ue-
stra constantia, qua grauissima quæcū pro
Euangelio patimini, ac ut ipsos console-
tur, dicit eos exemplum Ecclesiæ Dei, quæ
est in Iudea, imitari. Utque discernat
veram Ecclesiam Dei ab ea, quæ falso sibi
hunc titulum uendicat, addit, In Christo
Iesu. Huius enim corpus est Ecclesia vera,
in illo collecta, & compacta. Porro hoc
exemplum amplificat à simili. Sicuti Iu-
daica Ecclesia à suis contribulibus, hoc est,
à Iudæis patitur; sic & uos patimini à pro-
prijs ciuibus. Atq; ita hoc exemplo ad pa-
tientiam & constantiam hortatur Thessa-
lonenses. Hinc nos quoq; admoneamus
Sanctorum exempla imitari, vt ab ihs di-
scamus constantiam & patientiam in fe-
renda cruce, tempore persecutionis, ne fra-
cti impatientia confessionem abjiciamus.
Deo enim ita visum est, vt crux sit veluti
quoddam examen fidei, quo probetur
eius sinceritas.

**Qui & Dominum occide-
runt Iesum, & proprios Prophe-
tas, & nos persecuti sunt, & Deo
non**

E P I S T . I . A D

non placent, & omnibus homi-
nibus aduersantur, prohibit
nos gentibus loqui, ut saluen-
tur, ut expleant peccata sua sem-
per, peruenit enim in eos ira in
finem.

Amplificatio est qua exaggerat maliciam Iudeorum per distributionem, & simul poenam impietatis eorundem notat: cum ut occurrat scandalum crucis, tunc ut consuletur cruce pressos. Id quod facit triplici argumento, exemplo Christi & Apostolorum, salute promissa p̄ijs, & ira Dei, hoc est, damnatione super impios & persecutores Ecclesiæ. Et prodest sanè in hæc tria tempore persecutionis respicere, ne multitudine impiorum, & persecutionum fluctibus superati fidem abnegiamus, ex his enim tribus ingentem consolationem haufisse sanctos Martyres non est dubium. Præterea obseruentur huc tres loci: Primus, de rabie persecutorum Ecclesiæ, qui in tantam feritatem deferuntur præcipites à Satana, ut nunquam expleri possit sanguinem sanctorum. Secundus, de impletione sceler-

scelerum
gunt, n
en imp
iniquita
Quare
ta peccat
iram in d
in illos p
admoner
propter e
lera, In h
nos oport
viuamus i
ne in sumi
incurram
& reiectio
cum non p
enim & Pa
uæ fiant, I
munis erit
Euangeliu
more illud
nita verita
Qui non c
super eum

Nos
bis ad f

THESSALON.

Scelerum eorum, qui malè agendo per-
gunt, nam mensuram, hoc modo sui iudi-
cij implent. differtur enim poena, donec
iniquitas illorum ad summum peruerterit.
Quare sedulò nobis cauendum, ne pecca-
ta peccatis addendo, reponamus nobis
iram in die iudicij. Tertius, de ira, quam
in illos peruenisse dicit vsp in finem, Quò
admonemur de reiectione gentis Iudaicæ
propter eius contumaciam, & nefanda sce-
lera, In hoc exemplum & similia intueri
nos oportet, vt admoniti illorum malo,
vivamus sollicitè magis in timore DEI,
ne in similem Dei iram ob nostra peccata
incurramus. Nam hæc ira seu damnatio,
& reiectio, ut ad totum populum Iudai-
cum non pertinet: Ita nec ad solum Esaias
enim & Paulus docent, quod reliquæ sal-
uæ fiant. Deinde eadem damnatio com-
munis erit omnium, qui vel persequuntur
Euangelium, vel alioqui Epicureorum
more illud negligunt, vel deficiunt à cog-
nita veritate, nam immota sententia est,
Qui non credit in Filium, ira Dei manet
super eum.

Nos autem fratres orbatí uo-
bis ad spaciū horæ, facie non

cor.

EPIST. I. A D
corde, uehementius studuimus
faciem uestram uidere cum mul
to desiderio.

Tertia est huius capitinis pars, in qua se excusat, cur ad ipsos non uenerit in tanto illorum periculo. Nunquam enim magis optanda est fidelis Doctoris præsentia, quam cum propter doctrinam grauior suboriatur persecutio. Primum igitur significat promptitudinem animi sui ad inuisendum Thessalonicenses. Deinde, cur non uenerit, exponit. Verum hec ut magis conspiciantur, ἀναλυτικῶς ea retexam. Primum itaque se orbatum illis dicit, unde significat affectum suum erga ipsos uerè paternum, qualis in fidis verbi ministris requiritur. Deinde hunc affectum collatione exaggerat, cum inquit, Ad spacium horæ, quasi dicat, Molestum est mihi & dum sanè abesse à vobis ad spaciūm horæ, nedum tanto tempore. Tertio, ut eos nonnihil consoletur, correctionem addit, Facie non corde inquiens, ac si dicat, Tametsi facie à vobis subductus sum, & corporali præsentia; Tamen corde & animo apud vos maneo. Non enim quemadmodum

dum co
separat
am, se
rium r
to adm
tius abi
Idque n
parente
rorum
stunt,

la
uos (e
mel, S
nos Sa

Prole
tiores mo
Responde
nobis, se
sum quid
iterum, se
dæorum
tur. Hic
cæmalig
impedieb
potuerit,

THESSALON.

dum corpora, Ita animos interuallum loci separat: Quod quidem non ad substantiam, sed ad animorum affectum, & desiderium referendū esse manifestum est. Quarato admonet eō se maiori studio quo diutius absuit, contendisse, ut ipsos inuiseret, Idque multo desiderio: Quemadmodum parentes qui longo tempore aspectu liberorum priuati, feruentius eos uidere gestiunt.

Itaque uoluimus uenire ad uos (ego quidem Paulus & semel, & iterum) sed impediuit nos Satanás.

Prolepsis est, poterant enim impatiētiores moræ obijcere. Cur ergo non uenis? Respondet, uoluntas quidem non defuit nobis, sed facultas & occasio. Conatus sum quidem ad uos proficisci semel atque iterum, sed Satanás nos impediuit per Iudæorum insidias, qui meæ uitæ insidianter. Hic enim impedimentum Satanæ uocat malignorum studia, & insidias, quibus impediēbatur, quo minus ad ipsos uenire potuerit, uerum hic quæstio oritur: nun-

D quid

E P I S T . I . A D

quid Satanas possit alicuius sancti propositum impedire? Ad quam quæstionem Basilius respondet in hunc modum. Eorum quæ in domino sunt recte factorum, alia sola uoluntate ac deliberatione animi efficiuntur, Alia ad hoc ut efficiantur, indigent etiam opera corporis adhibendi uel studio, uel tolerantia, ac quæcunque sunt eius generis, quæ in sola animi uoluntate posita sunt, hæc nullo modo impedire Satanas potest. Quæ uero sunt ad quæ cōsequenda necessaria est opera corporis, in his plerumque Deus nasci impedimenta permittit, uel probandi uel detegendi causa illius, qui impediatur. Hinc præterea dicendum exemplo Pauli, quod liceat sanctis aperta pericula fugere, modò id fiat salua pietate. Neque enim debet quis se temere in manifestum periculum coniçere.

Quæ est enim nostra spes,
aut gaudium, aut corona gloriationis? nonne & uos coram
Domino nostro Iesu Christo in
ipsius aduentu? uos enim estis
gloria nostra, & gaudium.

Ratio

ti propo-
cationem
lum, Bo-
factorum,
one animi
tantur, in-
adhibendi
quacunque
imi volun-
lo impedi-
ad quae co-
poris, in
pedimenta
egendi cau-
præterea di-
d liceat san-
nodo id fiat
per quis se te-
n connèdere,

stra spes,
ona glo-
os coram
hristo in
nim estis
um.
Ratio

THESSALON.

Ratio cur ad eos uenire uoluerit. Ne-
mo non libenter apud eos est, ex quibus
gaudet, de quibus quam optimè sperat, à
quibus gloriam habiturum se confidit.
Quare & ego in primis inuiserem uos, qui
estis mea spes, gaudium, & corona gloria-
tionis, Idque in aduentu Iesu Christi. Sed
quid est, quod uocet Thessalonicenses su-
am spem, gaudium & coronam? An non
Christus solus spes, gaudium, & corona
est credentium? est profectò Christus spes,
gaudium, & corona credentium, adeò
quod extra illum nihil spei, gaudij, aut glo-
riationis sit reliquum. Respondeo igitur
ut suprà primo capite in illum locum. Ne-
que querentes ab hominibus gloriam.
Quicunque testimonium bonæ conscienc-
iæ habet in suis factis, potest gloriari, sed
non extra Christum. Vide Regulam suprà
loco notato. Deinde duo obseruentur
hoc loco. Primum quod liceat ministris
uerbi pie gloriari ob felicem suorum la-
borum successum, modo caueant, ne quid
suae industriæ adscribant, sed bonitati Dei
qui illorum labores fortunat. Deinde
quod quicquid ministrorum uerbi plu-
res in regnum Christi adduxerit, eò in ad-
uentu Christi maiorem gloriam, ac ueluti

D 2 trium-

E P I S T . I . A D

triumphum habiturus sit. Vnde 2. Timot.
4. Quod superest, reposita est mihi iusticiæ corona, quam reddet mihi Dominus in die illo iustus iudex. Verum hoc rectè intelligendum est, ne ad causarum iustificationis ordinem referatur. Nam tum deum sanctis redditur illa corona & gloria, ubi fidem seruarunt, certamina decertarunt, & cursum perfecerunt. Hæc corona reposita quidem est, sed gratia Dei & merito Christi, non meritis proprijs. Quatamen corona & gloria compensantur labores & certamina. Huc Danielis refero dictum. Doctores fulgebunt quasi splendor firmamentij, & qui ad iusticiam eruditunt multos in perpetuas æternitates. Quare nequaquam cum hac compensatione laboris & diligentiae in ministerio uerbi pugnat gratuita imputatio. Hanc enim præcedere necesse est. Nam nisi gratuita imputatio iusticiæ præcedit, nulla operum remuneratio sperari potest. Placere enim non possunt opera sine fide prælucente. Habet igitur fides duplex obiectum, promissionem remissionis peccatorum seu iusticiæ, & remunerationem bonorum operum. Quatenus querenda est remissio peccatorum seu iusticia gratuita, fides in solam

THESSALON.

solam misericordiam Dei propter Christum recumbit, sed extra iustificationis causam etiam remunerationis respectum habet, quemadmodum de Mose legimus, Hebræ: ii.

CAPVT TER-
TIVM.

SVMMA CAPITIS
TERTII.

Memorat se Paulus mississe Timotheum ad Thessalonicenses, ut eos confirmaret, à quo reuerso Athenas, statum eorum didicisset, gratias agit, optatq; ut & ipse ad eos uenire possit, & illi magis magisque confirmati in pietate, perstent.

ORDO CAPITIS
TERTII.

Tres sunt huius capitatis partes. prima continet causam missi Timothei, & eiusdem brcuem commendationem. Se-

D 3 cunda

E P I S T . I . A D

cunda exponit, quomodo Timotheus re-
uersus fidem ac dilectionem Thessalonici-
ensem nunciauerit, unde & gratias se
Deo agere testatur Paulus. Tertia est uo-
tum, quo & ipse ad Thessalonicenses ue-
nire, ac ipsorum interea corda in uera san-
ctitate confirmari cupiat.

E X E G E S I S C A P I T I S
T E R T I I , C V M O B S E R =
uatione doctrinarum.

Quare non amplius tole-
rantes uisum est nobis, ut Athe-
nis relinquemur soli, & misi-
mus Timotheum fratrem no-
strum, & ministrum Dei, & co-
operarium nostrum in Euange-
lio Christi.

Q Via in fine superioris capituli dixe-
rat Paulus se impeditum à Satana,
quo minus ad ipsos Thessalonicenses ue-
nire potuerit, hic se misisse Timotheum
suo nomine refert, ne prorsus uiderentur à
se de-

sedere
quod
Thess
tantis
ut eos
Vnde
propria
ratione
menda
concili
Thessa
legation
erigantu
mutuo
quo ip
ubi aut
modum
nentur c
Pomo T
njs. Pr
lando, c
cum cui
declarat
se frates
ministru
ueris cu
genere L
Coopera

THESSALON.

Se derelicti. Hic duo obseruentur. Primum quod Paulus ex paterno affectu erga ipsos Thessalonicenses solus potius uoluerit in tantis persecutionū turbis relinqui, quam ut eos fineret diutius consolatione destitui. Vnde discant ministri Euangelij non tam propriæ salutis, quam suorum auditorum rationem habere. Deinde obseruetur commendatio Timothei, quæ eō pertinet, ut conciliet Timotheo autoritatem apud Thessalonicenses, quo pluris faciant ipsius legationem, magisque ipsius consolatione erigantur. Vnde discant ministri uerbī se mutuo ueris commendationibus ornare, quo ipsorum autoritas maneat illęsa. Nam ubi autoritas semel amissa est, parum admodum proficiet docentis labor, contemnentur consilia, atque adeo quicquid facit. Porro Timotheum ornat magnis præconijs. Primum enim fratrem eum appellando, cum suum affectum erga ipsum, tum cuius sit professionis ac religionis declarat. Nam tum temporis Christiani se fratres mutuo appellarunt. Deinde eum ministrum Dei uocat, ut qui seruierit Deo ueris cultibus. Postremo quo ministerij genere Deo seruiat, ostendit cum addit, Cooperarium in Euangeliō Christi. Tales

D 4 igitur

E P I S T . I . A D

igitur se mutuo agnoscant p̄ij ministri, atque alius alium propter dignitatis gradum tanquam ex alto ne despiciat.

Vt confirmaret uos & consolaretur uos de fide nostra, ne quisquam commoueatur in afflictionibus his.

Finis missi Timothei ostenditur duplex. Prior confirmatio & consolatio Thessalonicensium, petenda ex fide Pauli, & constantia in ferendis afflictionibus. Multum enim doctoris fides & constantia in periculis adeundis auditorum animos confirmat & consolatur, contra autem frater aduersis docentis animus, haud raro auditorum fidem extinguit. Alter finis est (cui subordinatur prior) ne quisquam in Pauli adeoque Ecclesiæ periculis commoueatur, à diabolo, & mundo quietem & otium blandè suggesterentibus deceptus, ac ita deficiat ab Ecclesia. Est enim σάνε θεος, qua uoce Paulus hīc utitur, cum quis blanditijs & illecebris motus, mutat sententiam, Metaphora à canibus sumpta, qui caudæ motu blandiuntur.

Ipsi

THESSALON.

Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.

Ratio à communi piorum conditio re sumpta, quam dicit eos non ignorare. In hoc, inquit, positi sumus, id est, Hæc est piorum conditio, ut perpetuò in hoc mundo cum varijs afflictionibus sit ipsis certamen. Quod enim præcessit in capite Christo, sequetur & in membris, quemadmodum suis prædixit Dominus dicens: Si quis uult me sequi, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Vnde Paulus. Quotquot uolunt piè uiuere in Christo, persecutionem patientur.

Etenim cum apud uos essemus, prædiximus uobis, quod essemus passuri afflictiones, quemadmodum & accidit & scitis.

Eos præsciuisse probat ex eo quod à se antea præmoniti erant de futuris afflictionibus. Hæc præmonitio non parum fecit ad roborandam fidem ipsorum, qui hæc à

Dominus Sanctus Paulo

E P I S T . I . A D

Paulo tanquam certissimo uate acceperant. Nam prædictiones, cum euentus responderet, spiritum diuinum coarguunt.

Propter hoc & ego non amplius sustinens, misi ut cognoscerem fidem uestram, ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inuanum fiat labor noster.

Repetit quod in principio propo-
suit de legatione Timothei, & addit cau-
sam legationis impulsuam, nimirum ut
cognosceret fidem illorum, an per crucem
& Satanæ temptationem esset labefactata.
Quod superius dixit, ne quisquam com-
moueatur. Hoc idem nunc repetit, sed alia
uerborum forma, nempe, ne forte tenta-
uerit uos is qui tentat, scilicet propositis
quiete, securitate & in uita felici successu,
quæ cum homines querunt, à Satana ten-
tari dicuntur. Cuius temptationibus si suc-
cumbunt, totus docentium labor fit ina-
nis. Monemur itaque hoc loco perpetuò
excubandum esse, ne nos incautos oppri-
mat diabolus. Non enim frustrè præcipit
dominus, uigilate & orate, ne intretis in
temptationem.

Nuper

D
ate accepe.
Ieuenus re-
arguunt,
non am-
t cognos-
ne forte-
entat,& in-
ter.
ipio propo-
& addit cau-
nimirum us-
n per crucem
t labelata,
usquam com-
petit, sed alia
forte tenta-
et propositis
dici succellu-
i Sarana ten-
onibus si suc-
labor fit ina-
co perpenio
autos oppri-
stra præcipit
ne impetus in
missus de
Nuper

THESSALON.

Nuper autem cum uenisset
Timotheus ad nos à uobis, &
annunciaſſet nobis fidem & di-
lectionem uestram, & quod ha-
betis memoriam nostri bonam,
semper desiderantes nos uidere,
quemadmodum & nos uos.

Secunda pars præsentis capit is est, ut
autem in prima parte de legatione Timo-
thei ad Thessalonicenses egit: Ita hīc de ip-
sius ad se reditu tractat: à quo tria de
Thessalonicensibus percepit, Nimirum fi-
dem, charitatem, & affectum pium er-
ga suum doctorem: quæ sanè tria præ-
cipua sunt religionis capita. Fidei no-
mine etiam confessionem & cultum Dei,
qui necessario cum fide coniunctus est, in-
telligo. Charitas necessarius est fidei fru-
ctus, quæ cum friget, fidem extinctam esse
necessitatem est. Ex affectu pio & desiderio ui-
dendi Paulum, cum eorum gratitudo,
tum uerbi diuini amor colligitur. Hos
Thessalonicenses imitari omnes decet, qui-
bus sua curæ est salus. Porro quod addit
quem-

E P I S T . I . A D

quemadmodum & nos, non solum suum affectum erga ipsos indicat, uerum etiam exemplo docet, qualis coniunctio animorum mutua debeat esse inter docentes & auditores, modo fructus ministerij aliquis consequetur. Vbi enim parum inter ipsos conuenit, & odij & malevolentiae sunt suspiciones, ubi calumniae & obtristationes, Ibi spiritus Satanae semen uerbi coelestis suffocat, quo minus suum fructum edere possit.

**Ideo consolati sumus fratres
in uobis, in omni afflictione &
necessitate nostra, per uestram
fidem.**

Quantum solati percepit Paulus ex eo quod Thessalonicenses fidem & dilectionem seruauerint, ostendit, uidelicet, quod in medijs afflictionibus, quibus quodammodo obrueretur, consolacionem, audita ipsorum fide, admiserit. Quae sane res non solum summum affectum Apostoli erga Thessalonicenses declarat, uerum etiam multo magis ardens studium gloriae Christi per Euangelium illustrandae coarguit. Quod sane exemplum

T H E S S A L O N.

plum p̄js Euangeliū ministris proponitur,
ut quasi sui oblitū, unice ad Christi glori-
am & salutem Ecclesiæ spectent.

**Quoniam nunc uiuimus si
uos statis in domino.**

Ratio consolationis. Nunc uiuimus,
hoc est, quām optimē res nostræ se habent,
& rectissimē ualemus, si uos statis in Do-
mino. Stare autem in Domino, nihil aliud
est quam credere, & ex fide sincerè diligere,
nihilque magis optare, quām in cultu uni-
us Dei ad finem usque perseuerare. hinc
collige, quōd ueluti mors quædam p̄js
ministris sit, si sui auditores à fide defici-
unt,

**Quam enim gratiarum acti-
onem possumus Deo reddere
pro uobis super omni gaudio,
quod gaudemus propter uos
coram Deo nostro, nocte & die
abundantius precantes, ut uide-
amus uestram faciem & supple-
amus quæ desunt fidei uestræ:**

Præ-

E P I S T . I . A D

Præterquam quod suum affectum Paulus erga Thessalonicenses fusius aperit, quatuor loci insignes sese offerunt. Primus, quod soli Deo adscribendus sit perfectus uerbi. Etsi enim Paulus magnis certaminibus iecerit semen uerbi cœlestis Thessalonicæ: Tamen hîc uni Deo acceptum fert, quod suus labor non fuerit inanis. Secundus, quod non solum sit ministerium uerbi sincerè docere, uerum etiam serio agere Domino gratias, lætaricq; quoties fructum aliquem ministerij conspicunt. Tertius, quod quo magis crescit Christi cognitio, eo magis sit orandum, ne inimicus homo iactis zizanijs in agrum Domini, semen bonum suffocet. Quartus, quod fides nunquam ita in hoc mundo absolui possit, quin suis incrementis perpetuo indigeat. Quare perpetuo annendum est, ut indies magis magisq; per auditum uerbi, aliaque pietatis exercitia in Domino grandescat.

Ipse enim Deus & Pater & Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad uos.

Tertia

Ter
precati
ad ipso
mento
ra sancti
aque in
prioris
perpen
sum er
ad Chri
tentiam
separati
rebus nos
maiestate
Ita patris
mimes cre
invocame
ximand
mus pate
quo omn
tens & pa
ceat per le
mendatur
cularis in
enim tam
denie D
aut non i

THESSALON.

Tertia huius capitinis pars est, continens precationem Pauli, cum pro aduentu suo ad ipsos Thessalonenses, tum pro incremento & confirmatione eorundem in uera sanctitate, usque ad aduentum Christi, atque ita habet haec pars duo membra. prioris membra circumstantiae diligenter perpersae multas doctrinas afferunt. Primum enim cum dirigat Paulus orationem ad Christum, agnoscit ipsius diuinam potentiam, qua patris equalis sit. Deinde cum separatis dicit Deus & pater, de duabus rebus nos admonet. Ut enim Dei mentio maiestatem & omnipotentiam declarat: Ita patris appellatio fauorem Dei erga homines credentes exprimit. Is igitur, quem inuocamus, non tantum ut uerus Deus testimandus, uerum etiam ut benignissimus pater est agnoscendus, ac amandus, a quo omnia optima (cum sit & omnipo-tens & paterno erga nos animo) sperare li-ceat per Iesum Christum. Præterea com-mendatur hic nobis prouidentia Dei pecu-liaris in administranda Ecclesia. Non enim tam Pauli industria quam prouiden-tia Dei fuit, ad Thessalonenses uenire aut non uenire.

Vos

Tertia

EPIST. I. AD

Vos autem Dominus im-
plete, & abundare faciat chari-
tatem mutuam inter uos & erga
omnes, quemadmodum & nos
erga uos.

Posterioris membrum precationis Pau-
li, in quo precatur, ut in mutua charitate
& benevolentia crescant. Vbi primum
gradus, deinde exemplum nobis com-
mendatur. Gradus quidem, dum inquit
inter uos & erga omnes. Charitas enim
quæ à fide proficiscitur, primum ad fideles
se extendit. Deinde ad alios quoque. Nam
Charitas secundum Deum, non hunc uel
illum, sed omnes complectitur: Ita ut se in
omnes effundat, principio facto à dome-
sticis fidei. Exemplum uero cum inquit.
Quemadmodum nos erga uos. Hic Pau-
lus Thessalonicenses suo exemplo stimulat
ad mutuum amorem, & profecto nihil
pulchrius est quam in doctoris uita ean-
dem esse pietatem & innocentiam quam
uox docet. Exemplum sane imitatione in-
primis dignum.

Vt confirmet corda uestra
irre-

D
inus im:
at charia:
s & erga:
m & nos

ationis Pau:
itua charitate
Vbi primum
nobis com-
dum inquit
charitas enim
um ad fideles
quoque. Nam
non hunc uel
r: Ita ut se in
acto à dome-
cum inquit.
os, Hic Pau-
nplo stimulat
profecto nihil
tonis uita ean-
tentiam quam
imitatione in-

da uestra
irre

THESSALON.
irreprehensibilia, in sanctitate
coram Deo & patre nostro, in
aduentu Domini nostri Iesu
Christi cū omnibus sanctis suis.

Quid charitati uera ex fide mananti
coniunctum sit ostendit. Nam ut sine cha-
ritate nihil est irreprehensibile & purum
coram Deo: Ita ubi charitas adest, sincera
corda, irreprehensibilia in uera sanctitate,
idque coram Deo & patre, existunt. Non
quòd illa innocentia & sanctitas sint effe-
ctus charitatis. Fide enim corda purifi-
cantur. Sed quia mutua charitas ueræ san-
ctimoniae indicium est. Hoc cum reuelat-
um iri monet in aduentu Domini cum
suis sanctis, fortius eos stimulat ad mutuæ
dilectionis studium. Hic rursus monemur,
quibus in rebus potissimum occupari de-
beant Christiani: nimur in mutua ex
fide dilectione, studioq; innocentiae, adeo-
que omnium uirtutum. Hic enim sancti-
tatem omnibus quæ cum fide & charitate
uera pugnant, opponit. Præterea obser-
uandum est, quod monet Ambrosius, à
Deo esse principium & profectum, consu-
mationemq; uirtutum.

E Caput

EPIST. I. AD

CAPVT QVARTVM.

SVMMA QVARTI CAPITIS.

Relicta immundicia & iniuria proximi, sanctificationi mutua&ç dilectioni magis magisq; incumbendum est propria agendo. Nec nimio dolori indulgendum est ob mortem necessariorum, quos Dominus aliquando reuocabit ad uitam perpetuam, qua spe se p̄ij mutuo consolati debent.

ORDO CAPITIS QVARTI.

Priora tria capita partim laudibus Thessalonicensium ob constantiam in fide & cruce, partim studio Pauli erga ipsos absoluuntur, Sequentia duo paræneses ferre continent ad uitam Christianis dignam. Perpetuus enim mos Pauli est doctrinæ addere paræneses protrepticas & apotrepicas.

T
M.
ARTI

tiuria proxi-
morum dilectio-
rum est pro-
pri indulgen-
tiorum, quos
habit ad uitam
nuntio consola-

PITIS

rtim laudibus
faniam in fide
uli erga iplos
paræneses fe-
ianis dignam,
est doctrinæ
as & apotrep-
icas.

THESSALON.

ticas. Porro hoc quartum caput duabus partibus, nempe parænesi & consolatione absoluitur. Parænesis partim protreptica est, qua ad uirtutes uarias stimulat, partim apotreptica qua dehortatur à uitijis, utramque ex firmis principijs extruit. Consolatio est super morte amicorum, ne nimio dolore, more Ethnico ob mortem necessarium affiantur. Cui admixta est expositiō de modo & ordine resurrectionis.

EXEGESIS QVARTI CAPITIS CVM OBSERVATIONE doctrinarum.

Quod reliquum est igitur fratres rogamus uos, & adhortamur in Domino Iesu, quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos ambulare, & placere Deo, ut abundetis magis.

Propositio est institutæ paræneseos, cuius sensus est, ut dignam professione uitam degant Thessalonicenses, quò Deo placere possint, atque adeo in dies magis

E 2 pro-

E P I S T . I . A D

proficiant. Hæc propositio monet, ut qui Christo sernel nomina dederunt, eo tota uita contendant, ut Deo placeant, Quod fit, dum ad normam ipsius uoluntatis nostram uitam conformamus. Cum autem addit, Quemadmodum oportet, necessitatem indicat, fides enim in columnis esse nequit, quæ hoc ex ueris fructibus non palam faciat.

Nostis enim quæ præcepta dederimus uobis per dominum Iesum.

Autoritatem suæ exhortationi conciliat cum dicit, præcepta à se præscripta auctorem habere Dominum Iesum, Cui obedi dire omnes, qui ab eo salutem expectant, iure debent: ut serui domino, & redempti suo liberatori. Hinc cùm docentes, tūm discentes moneantur. Docentes quidem, ne quid aliud Ecclesiæ Christi præsumant proponere, quam cuius autor est Dominus. Discentes uero, ne prius acquiescant, quam sciuerint uocem Domini esse quam sonant præcones uerbi. Hinc Moses subinde ingerit populo Dei, & locutus est Dominus

THESSALON.

minus Deus, & Prophetæ : Hæc dicit Dominus. Humanæ enim doctrinæ, utut necessariæ sunt in præsentí uita : Tamen Ecclesia Christi, cùm de cultu Dei recteque formanda uita agitur, sola uoce Domini contenta esse debet.

Hæc enim est uoluntas Dei
sanctificatio uestra.

Ratio propositionis de noua uita seu obedientia fidelium sumpta à primo & summo axiomate omnium actionum Christianarum. In quo axiomate duo spectanda sunt, Regula uitæ Christianæ & forma eiusdem. Regula est sola uoluntas Dei, quæ petenda est ex solo uerbo Dei, unde David, Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Et Christus ex Esaia, frustra me colunt docentes præcepta doctrinas hominum. Proinde hæc regula euertit & damnat omnem ἑθελοθρησίων omnium hominum, Ethnicorum, Iudæorum & Papistarum, qui alias regulas uiuendi præter uerbum Dei excogitant, quod solum uoluntatem Dei nobis reuelat. Nec iuuat eos quòd bonam intentionem prætendant. Nam Dominus

E 3 Deut:

E P I S T . I . A D

Deut: 12. apertè dicit. Non facient singuli
quòd sibi rectum uidetur. Huius rei cau-
sam exprimit Elsaías cap. 55. hisce uerbis:
Neque enim cogitationes meæ cogitatio-
nes uestræ, neque uiæ meæ, uiæ uestræ di-
cit Dominus, quia sicut exaltantur coeli à
terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs ue-
stris, & cogitationes meæ à cogitationibus
uestris. Sit igitur nobis immota regula ui-
tæ uoluntas Dei, quam nobis suo sacro-
sancto uerbo reuelauit. Forma uitæ est san-
ctificatio secundum regulam. Hæc sancti-
ficatio describitur infra 5. cap. his uerbis.
Ipse autem Deus pater sanctificet uos totos
& integer spiritus uester, & anima & cor-
pus sine reprehensione in aduentu Domi-
ni nostri Iesu Christi custodiatur. Est igit-
ur sanctificatio plena cum ipse homo spi-
ritu, anima & corpore integer uel purus &
impollutus seruatur usque ad diem Chri-
sti. Purus autem is est totus, qui nihil men-
te cogitat, nihil corde appetit, nihil corpo-
re exequitur, nisi quod probatur Deo.
Hinc patet ueram sanctificationem in re-
generatione consistere, quæ mortificatione
& uiuificatione absoluitur. Mortificatione
renūciamus mundo & carnis desiderijs ac
inquinamentis. Viuificatione quæ sit per
fidem

fidem
rio spi
certitu
scient
braeos
ferreill
(Rom:
sanctis
stianæ
tur, q
nocent
corpon
quium

V
& sci
posid
cation
fectu
modur
uerunt

San
uoluntat
ius parte
recitat. N

THESSALON.

fidem in Christum, subiçimus nos imperio spiritus, ut iam cum sincero corde in certitudine fidei aspersi, cordibus à conscientia mala, ut loquitur Epistola ad Hebreos, audeamus Deum accedere & offerre illi hostiam uiuentem corpora nostra (Rom: 12.) Obediendo in omnibus ipsius sanctissimæ uoluntati. Forma igitur Christianæ uitæ sanctificationis uoce exprimitur, qua exuitur iniquitas & induitur innocentia, & integritas spiritus, animi & corporis, ut totus homo se Deo in obsequium addicat.

Vt abstineatis à scortatione,
& sciat unusquisque uestrum possidere suum uas in sanctificatione & honore, non cum affectu concupiscentiæ, quemadmodum & gentes quæ non uerunt Deum.

Sanctificationem sectandam esse iuxta uoluntatem Dei suafit, Nunc quasdam eius partes per collationem contrariorum recitat, Nam cum sanctificatio immundi-

E 4 ciæ

E P I S T . I . A D

ciæ membris. Atque hoc loco castitatem
fornicationi opponit, quo illam & san-
ctam & honestam sectemur, hanc uero &
turpem, fœdamq; detestemur fugiamusq;. Significat enim hoc loco uas, ipsum cor-
pus uniuscuiusque, qua appellatione no-
tatur fragilitas humana: hoc possideri
uult cum sanctificatione & honore, hoc est
sanctum, purum & honestum conseruari
uera mentis & corporis castitate. Fornica-
tionis nomine intelligit per Synecdochen
omnem turpem Venerem, quam ablegan-
dam monet ad gentes quæ non nouerunt
Deum. Quod sane in primis obseruan-
dum est. Significat enim parum, imo nihil
in schola Christi profecisse eos, qui uarijs
libidinis generibus succumbunt. Sit igitur
omnibus pijs cordi hæc admonitio
Pauli, cogitentque se tantisper à Christo
Christo alienos esse, donec fœdis libidini-
bus & concupiscentijs carnis se inuoluunt.
Nonnulli uas pro uxore exponunt, sed
prior interpretatio magis accommoda est
præsenti loco. Nam uas usu Hebraico est
quælibet res certo usui destinata, ut corpus
nostrum non escæ & Veneri, sed Domino
destinatum est, i. Corinth. 6. Præterea ob-
seruentur gradus peccatorum. Ut enim
hic

hic tres
piscen-
actum
nat, C
etus p
plerum
tetur,
& alior
Concu
peccat
sente p
Neigia
pote uel
piscenti
motibus
lium D
uicta af
trandum

N
det in

San
quafdan
enim in
pression
arriban

THESSALON.

hic tres rei uenereæ gradus facit, Concupiscentiam, Affectum, & foedum libidinis actum, quem fornicationis nomine designat. Concupiscentia innata æstuat, Affectus perturbat rationem, ac uoluntatem plerumq; captiuat, ut foede corpore perpetratur, quod turpiter affectus imperat. Sic & aliorum peccatorum tres gradus sunt. Concupiscentia, Affectus, quo dominatur peccatum, & perpetratio. Hi gradus dissentè ponuntur ad Roman. 7. his uerbis. Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro ad obediendum ei in concupiscentijs suis. Quare primis initij & motibus, uigilij & precibus iuxta consilium Domini resistendum est, ne mente uicta affectus uoluntatem trahat ad patrandum peccatum.

Ne quis opprimat aut fraudet in negotio fratrem suum.

Sanctificationis & immunditiæ alias quasdam partes attingit. Quemadmodum enim immundiciæ subiicit uiolentam oppressionem, & astutam fraudem. Ita per antitezps sanitatis partes intelligit hu-

E s manita-

E P I S T . I . A D

manitatem, quæ uiolentiæ, & iusticiam in
contractibus, quæ fraudi opponitur. Po-
nit autem hic duas partes iniuriæ proximi.
Oppressionem uiolentam (qualis Tyran-
norum & potentium est qui inferiores in-
iustis exactionibus aut alijs illicitis modis
premunt) Et fraudem qualis eorum est, qui
quacunque ratione plus à proximo acci-
piunt quam iustum est. Nam græca uox
 $\pi\lambda\epsilon\sigma\epsilon\kappa\tau\epsilon\beta$ significat cupiditatem & stu-
dium, plus quam æquum est habendi.
Quare hac uoce omnis auaritia, dolus, u-
sura, & quicquid uergit in proximi dam-
num notatur.

Propterea quod ultior est
dominus de omnibus his, quem
admodum & antea diximus
uobis, & testati sumus.

Addit minas ut qui turpitudine rei à
malo non abstinet, absterreatur saltem pœ-
nis, & qui rei dignitate & pulchritudine
non mouetur, præmijs saltem inuitetur.
Quemadmodum enim turpibus factis sup-
plicia, Ita honestis factis si modo ex fide fi-
ant, præmia sunt proposita.

Non

AD

Iusticiam in
ponitur, Po-
triae proximi,
ialis Tyrann-
inferiores in-
licitis modis
corum est, qui
proximo acci-
am grata vox
ditarem & stu-
et habendi,
ritia, dolus, u-
proximi dam-

d ultius est
is his, quem
ea diximus
us,

turpitudine rei à
aut saltem por-
pulchritudine
tem inuiteur.
vibus factis sup-
odo ex fide fi-

Non

THESSALON.

Non enim uocauit nos De-
us ad immundiciem, sed ad san-
ctificationem.

Ratio est à fine uocationis sumpta, am-
plificata collatione contrariorum, ac si di-
ceret. Antequam uocati sumus per Euangeliū, in regno tenebrarum, sordibus
peccatorum inuoluebamur, Nunc autem
uocati sumus per Euangeliū, ut renun-
ciatis peccatis, quæ mortis & damnationis
causa fuere, iusticiæ & innocentiae stude-
mus. Huc locus Pauli ad Tit: 2, pertinet.
Apparuit enim gratia Dei salutaris omni-
bus hominibus, erudiens nos, ut abnegata
impietate & mundanis concupiscentijs,
modestè, iuste & piè uiuamus in præsentí
seculo. Proinde quicunque peccatis indul-
get, immemorem suæ uocationis se decla-
rat, & se adhuc in regno tenebrarum sub
uexillo Satanæ militare ostendit.

Quapropter qui rejicit, non
hominem rejicit, sed Deum, qui
& dedit spirituum suum san-
ctum in uos.

V

E P I S T . I . A D

Vt magis eos urgeat, autoritatem Dei
allegat, & simul sceleris magnitudinem
notat. Qui enim rejecit salutares admoni-
tiones à quocunque propositas, non rejecit
hominem tantum, quod per se graue scelus
est: sed Deum ipsum aspernatur, & suam
ingratitudinem ostendit, non obtempe-
rando Spiritu sancto, in hoc à Deo dato,
ut excitet corda hominum ad obedientiam.
Obseruetur emphasis in uerbo ἀπε-
τέρη, quod ita rem aliquam aspernari signi-
ficat, ut nullo in loco ponatur, nullaque
eius ratio habeatur. Vnde tria collige per-
petuo ob oculos statuenda. Primum quod
contemptores Dei sunt quotquot eius sa-
lutaribus monitis per ministros uerbi aut
alios propositis non auscultant. Quemad-
modum enim qui magistratus iusta detre-
ctat, eius contemnit autoritatem, Ita Deo
nō obtemperans, diuinam mentem asper-
natur, quo scelere nihil est immanius. Nam
inde prolabuntur homines in reprobam
mentem, ut peccare non erubescant, iuxta
illud Prouerbiorum 18. Impius cum in
profundum peccatorum uenerit, contem-
nit. Deinde significatur, quod tales con-
temptores Dei à Deo quoque rejeciantur,
iuxta illud: Qui me contemnit erit igno-
bilis

bilis,
cum n
ab ijs
eos ui
cata, c
rum co
tales iu
fugerer
propter
expergi
nos con
re conue
nofram
solatur
stros, q
reiciunt
us ipse, c
sur.

De
te non
uobis,
eti esti
cem.
fratres
Maced

T H E S S A L O N.

bilis, seu Ignominia afficietur. Proinde cum non honoratur Dominus, ac timetur ab ijs qui præceptis ipsius non obediunt, eos uicissim abiicit, & sinit cumulare peccata, donec mensuram peccatorum suorum compleuerint. Tertio, admoneantur tales iudicij Dei, cuius ultrices manus effugere nequeunt contemptores Dei. Quapropter dum manet tempus pœnitentiæ expurgiscamur, Deumque rogemus, ut nos conuertat, & suo spiritu regat, quo uerè conuerti possimus, conuersionemque nostram uero fidei fructu testemur. Consolatur & hic locus pios Euangeliū ministros, qui cum mundo contemnuntur & reñciuntur, quod non tam ipsi, quam Deus ipse, cuius legatione funguntur, reñciatur.

Defraterna autem Charitate non opus habetis ut scribam uobis. Ipsi enim uos à Deo docti estis, ut diligatis uos inuidem. Etenim hoc facitis erga fratres omnes, qui sunt in tota Macedonia.

Per

E P I S T . I . A D

Per occupationem addit Antithesin proximæ præcedentis sententiæ de uiolenta oppressione & fraude uitandis: Idque cum dupli ratione. Non opus est ut scribam uobis de fraterna charitate (quæ in locum uiolentæ oppressionis & fraudis succedere debet.) Quia & ipsi diuinitus docti, scitis, quod mutua requiratur à uobis dilectio, & affectus ipse seu fructus uerstram erga Fratres dilectionem declarat. Quam in tota Macedonia eam experti sunt fratres. Porrò *περιθάντοι*, hoc est, à Deo docti, illi dicuntur, quorum cor uiuo sensu uerbum prædicatum, per gratiam spiritus sancti penetrat, seu qui quod didicerunt per uerbi prædicationem, opere completere satagunt. Est enim certissimum indicium quod à Deo didiceris, si id quod didicisti facias. Qui autem nouit quid fieri beat, & non facit, non dum à Deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem, non secundum spiritum, sed secundum literam. Admoneamur itaque hoc loco à nobis non requiri očiosas speculations de Deo & rebus diuinis, sed fidem per dilectionem efficacem.

At to-

THESSALON.

At rogamus uos fratres abundare magis & eniti.

Correctio est, quasi dicat: Tametsi uestra erga fratres charitas magna est, Tamen perpetuis incrementis indiget. Nemo enim diligere iuxta rationem præcepti sat- tis potest. Quare perpetuo progredien- dum, enitendumque ut unusquisque se ipsum diligendo proximum supereret. Οἰλο- Υμῆδοι enim significat magno studio co- nari quippiam efficere. Quare Ambrosi- um sequutus sum, qui hoc loco Οἰλού- μῆδοι eniti reddidit. Vnde colligemus non frigidum quendam amoris affectum à Christianis requiri, sed uiuidum & fer- uentem, quo proximi commodis non mi- nus quam nostris studebimus.

Quiescere & agere propria,
& operari proprijs manibus,
quemadmodum uobis præcep-
timus.

Plures sanctificationis partes recitat,
quæ similiter per antithesin sunt exponen-
dæ. Nam

E P I S T . I . A D

dæ. Nam ut sanctificationis partes præcipiuntur, Ita prohibentur immundiciæ quæcum illis pugnant, atque hoc loco tria coniungit, quæ ferè eundem sensum habent. Quiescere, agere propria, & operari proprijs manibus. Quorum primum nimirum quiescere, curiositati opponitur, Nam ἡσυχάζειν & πολυπραγμονέειν opponuntur, ut apud Isocratem in oratione de pace, ubi dicit ἡσυχίαν utiliorem ac commodiorēm esse τῆς πολυπραγμοσύνης. Ut igitur hic commendatur Christianis modesta quies, Ita è contrario damnatur maligna curiositas. Deinde hortatur ut propria agant, hoc est, ut quilibet in sua uocatione sit sedulus & fidelis, & per αὐτὸν εστιν damnat ociosos homines, qui quid sua uocatio efflagitet minime cogitat. Eodem pertinet quod addit, operari proprijs manibus, per quod intelligit sinecdochice diligentiam sedulam in omni uocationis genere. Nec enim omnes manuum labore fatigari uult Paulus, sed ut quæ sui sunt muneris, unusquisque fideliter præstet in communem & mutuam ædificationem.

Vt ambuletis decenter erga extraneos, & nulla re indigeatis.

Proxi-

THESSALON.

Proximæ adhortationi duplœ rationem subiungit. Quarum prior à publica honestate, altera à propria utilitate sumpta est. Publica honestas est ornans professionem fidei honesto ac iusto labore uitatum sibi parare: Cum contra turpe & indecorum sit ocio torpore, alienisque bonis inhibere. Propria utilitas est, ut ipse sine mendicitate honesto labore uiuas, alijsque egentibus opem feras.

Cæterum nolo uos ignorare fratres de his qui obdormierunt, ne doleatis quemadmodum & cæteri non habentes spem.

Altera huius Capitis pars est, in qua consolatur Thessalonenses, qui ob mortem amicorum nimium tristabantur. Vbi primum obseruandum est, quod mortuos ideo dormientes uocat, quia sicut illi qui dormiunt, suo tempore excitantur, ita mortui in extremo die excitabuntur ad uitam immortalem. Quod autem de dormitione dicitur, non ad totum hominem, sed ad partem, duntaxat nempe ad corpus

F refe-

E P I S T . I . A D

referendum est. Anima enim à corpore se-
parata uiuit immortalis. Id quod plurima
testimonia ueteris & noui testamenti con-
uincunt. Deinde discrimen inter dolorem
piorum & impiorum consideretur. Illo-
rum enim moderatus est, ut qui consola-
tione est mixtus, Hic immoderatus sine
omni spe & consolatione. Ut autem mo-
deratus ille permittitur: Ita Prophanus &
Ethnicus dolor damnatur.

Si enim credimus quod Ie-
sus mortuus est & resurrexit, sic
& Deus eos qui obdormie-
runt per Christum adducet cum
ipso.

Ratio consolationis in morte amico-
rum, à causa communis resurrectionis.
Quoties itaque aliquis amicorum morte
tristatur, mortis Christi ac resurrectionis
meminisse oportet. Nam ut mors Christi,
nostræ mortis est uictrix, Ita eiusdem re-
surrectio uitæ nobis causa existit. Est au-
tem Pauli argumentum ualidum non ab
exemplo, non à particulari, sed à causa suf-
ficiente, & necessaria ad suum effectum ne-
cessa-

cellari
z, ad C
num
prob
rum
xit, E
dudic
to, A
surrec
addit,
mortu
Subiu
mortis
moriun
Christi
tur co
trarios
causa fu
te autor
nit, ut in
fa, Vis ir
Christus
nobis,
non con
sed etian
stificare
surrexit,
pignus &

THESSALON.

cessarium & proprium. Vnde Paulus,
ad Corinth. 15. resurrectionem mortuo-
rum tanquam ex firmissimo principio
probat, cum inquit: Si resurrectio mortuo-
rum non est, ne Christus quidem resurre-
xit. Hic à destructione consequentis con-
cludit antecedentis negationem hoc pa-
cto. At Christus resurrexit, Igitur est re-
surrectio mortuorum. Sic enim paulò post
addit. Nunc autem Christus resurrexit ex
mortuis, primitiæ eorum qui dormierunt.
Subiungit ibidem collationem causarum
mortis & uitæ. Quemadmodum (inquit)
moriuntur omnes per Adam, Ita & per
Christum omnes uiuificabuntur. Hic uti-
tur contrarijs causis ad probandos con-
trarios effectus. Ut enim Adam mortis
causa fuit sua inobedientia, Ita Christus ui-
tæ autor est sua iusticia. Nam Christus ue-
nit, ut instauraret omnia per Adam amis-
sa. Vis itaque consequentiæ in eo est, quod
Christus non sibi tantum resurrexit, sed
nobis. Quemadmodum enim primitiæ
non consecrabantur ut solæ essent sanctæ,
sed etiam ut reliquus anni prouentus san-
ctificaretur. Ita & Christus non solus re-
surrexit, sed nobis ipsius resurrectio causa,
pignus & obsignatio quædā nostræ future

F 2 resur-

E P I S T . I . A D

resurrectionis existit. Verum h̄ic qūestio ex
Pauli uerbis oritur. Videlur enim in spe-
ciem, quod tantummodo adstruat Paulus
piorum resurrectionem, cum inquit, Qui
obdormierunt in Christo, id est, qui mo-
rientes per fidem Domino Iesu coniuncti
erant. Verum sciendum est, quod Paulus
duntaxat h̄ic tractat ea, quæ ad præsentem
consolationem facere uidebantur. Quare
tantum hoc loco de fidelium gloria re-
surrectione differit, in qua abunde conso-
lationem consequuntur p̄ij in quauis affli-
ctione. | Quòd autem omnes cùm p̄ij tūm
imp̄ij resurgent, Illi quidem ad gloriam
perpetuam, Hi uero ad æternos cruciatus,
multa scripturæ testimonia conuincunt,
inter quæ præcipua sunt quæ habentur,
Danie; 12. & Matth. 25, Iohan. 5.

Hoc enim uobis dicimus in
sermone Domini.

Vt fidem resurrectionis adstruat, uer-
bum Domini allegat, qui cum eam præ-
dixit fore, procul omni dubio futura est.
Quicunque igitur in dubium reuocat re-
surrectionem mortuorum, Dominum ip-
sum

T H E S S A L O N.

sum mendacij coarguit, eiusque omnipo-
tentiae derogat. Proinde hic ratio cœca cap-
tiuetur, & detur gloria Deo, apud quem
nulla res est impossibilis. Cœlum (inquit)
& terra transibunt, uerba autem mea non
transibunt.

Quod nos qui uiuemus &
reliqui erimus in aduentum Do-
mini, nequaquam præueniemus
eos qui dormiunt.

Eodem temporis momento omnium
hominum erit resurrectio communis. A-
dam primus homo non præueniet ulti-
mum eorum qui morietur, sed una excita-
ti omnes fistentur coram iudice Christo,
Quare nihil refert quocunque tempore
moriatur aliquis, modo in Domino.

Quoniam ipse Dominus
cum hortatu & uoce Archan-
geli ac tuba Dei descendet de
cœlo.

Quis sit resurrectionis autor, & quis
modus ostenditur. Ipse enim Dominus
Christus excitabit mortuos, Cui nihil dif-

F 3 fīcile

E P I S T . I . A D

ficile est. Si enim ex nihilo quicquid est
rerum creare potuit, cur non poterit mor-
tuos reuocare ad uitam? Modus quoque
describitur, quod cum hortatu & uoce ar-
changeli, & tuba Dei descendet. Eadem
ferè Matthæus refert ex ore Domini cap.
24. Videbunt filium hominis uenientem
cum uirtute & gloria magna, & mittet
Angelos suos cum tubæ uoce magna, &
congregabit electos suos à quatuor uentis
& summis cœlorum usque ad terminos
eorundem.

Et mortui in Christo resur-
gent primum, deinde & nos qui
uiuemus qui reliqui erimus, si-
mul cum ipsis rapiemur in nu-
bibus, in occursum Domini in
aërem.

Ordo resurgentium describitur, Ni-
mirum ut antea mortui, & tunc uiuentes,
qui tamen in momento commutabuntur,
simul rapientur in occursum Domini. Ni-
hil autem hīc de impijs dicit, qui tūm se-
ram & inutilem pœnitentiam agent. Nam
hæc

D
quicquid est
potent mor-
bus quoque
& uocat-
ur. Eadem
omini cap-
suerientem
ta, & mittere
ce magna, &
uatuor uenit
ad terminos

THESSALON.

hæc tantum in consolationem piorum di-
cuntur.

Et sic semper cum Domino
erimus.

Effectus resurrectionis piorum lætis-
simus, nimirum æterna mansio apud
Dominum in æterna beatitudinis gloria,
ubi Deus erit omnia in omnibus. Vbi
perfecta erit electorum iusticia & innocen-
tia.

Proinde consolemini uos
mutuo hisce sermonibus.

Conclusio consolationis est, in qua
usus fidei resurrectionis ostenditur. Nimi-
rum ut inde petamus consolationem in
omni afflictionum genere. Nam ipsa mor-
tuorum resurrectio, ut pijs finem omnium
malorum adfert, Ita eosdem intro-
ducit, in qua compensabun-
tur afflictiones præ-
sentis uitæ.

F 4 Caput

EPIST. I. AD
CAPVT
QVINTVM.

SVMMA QVINTI
CAPITIS.

Extramus dies repente incautos obrueret, Quare uos pie & sancte iuxta uoluntatem Dei uiuite, ut integer sit spiritus & anima & corpus sine querela in aduentum Domini seruetur.

ORDO CAPITIS
QVINTI.

In fine quarti de modo resurrectionis admonuit, hic quæstionem de tempore attingit. Deinde uarias exhortationes inde extruit, ut parati simus in aduentum Domini. Tandem petit pro se orari, & fausta imprecatione claudit Epistolam.

EXEGESIS QVINTI CA-
PITIS, CVM OBSER-
uatione doctrinarum.

Porro

THESSALON.

Porro de temporibus & articulis temporum fratres non opus est ut uobis scribatur.

Occupatio est, qua anteuertit furiosas quæstiones eorum, qui nimis anxiè de rebus occultis, & præcipue de extremo die quæsiverunt, ac si diceret: Non opus est articulum temporis aduentus Domini sollicitè querere, satis est certò scire, quòd uerè uenturus sit.

Ipsi enim exactè scitis, quod dies Domini tanquam fur in nocte sic ueniet.

Ratio occupationis & modus aduentus Domini. Confert enim eum furis inexpectatio aduentu. Quemadmodum enim fur non præmonet, sed altè dormientes inuidit, Ita Dominus subito, dum hoc minimè expectant homines, aduenier. Quæ res maximè deberet nos excitare ad uitæ innocentiam seruandam, ne nos opprimat ille dies incautos. Debet enim ignoratio hæc ad studium & vigilantiam

F S excitare

E P I S T . I . A D

excitare iuxta Domini præceptum, Matth.
25. Vigilate, inquit, & orate, quia nescitis
diem neque horam in qua filius hominis
uenturus est. Vult itaque Dominus nos si-
miles esse prudentibus uirginibus, quæ
oleo in uasis suis accepto, expectarunt ad-
uentum sponsi. Porro per diem Domini,
& communem omnibus finem, & priua-
tum cuiusque intelligi monet Theophy-
lactus.

Quando enim dixerint, pax
& securitas, tunc repentinus su-
perueniat eis interitus.

Proximæ similitudinis declaratio est.
Explicit enim Paulus cur dies Domini
suri sit similis, nimurum propter inexpe-
ctatum aduentum. Porro duo hic obser-
ua. Securitatem præsentem impiorum, &
superuenientem interitum, cum omnia sibi
tuta pollicentur impij, subito ira Dei ob-
ruet eos, qui in tenebris ignorantiae Dei &
contemptus securè stertunt, ebris huius
mundi illecebris.

Quasi dolor partus mulieris
præ-

D
ptum Matth,
quia nescitis
lius hominis
minus nos si-
jinibus, que
pectarunt ad-
diem Domini,
inem, & priua-
nes Theophy-

xerint, pax
uentinus su-
us.

declaratio est.
dies Domini
ropet inexpe-
duo hic obser-
impiorum, &
cum omnia fibi
rito ira Dei ob-
norantiae Dei &
it, eom̄ huius

tus mulieri
præ

OLINTE

THESSALON.

prægnanti, & nequaquam effu-
gient.

Subitum interitum impiorum simili-
tudine pulcherrima pingit: In qua tres
sunt partes. Quemadmodum prægnans
mulier intra se doloris materiam circum-
fert, Ita impij contemptum Dei & alia sce-
lera materiam æterni cruciatus in pectore
gerunt. Deinde ut mulieris prægnantis
dolores subito eam inuadunt, Ita poena
commerita opinione citius superueniet
impijs. Postremò ut nulla prægnantium
evidere potest, quin partus dolores expe-
riatur, ad eundem modum nec impij sua
supplicia euasuri sunt.

At uos fratres non estis in
tenebris, ut dies ille uos tan-
quam fur opprimat.

Consolatur pios qui in die, hoc est, in
elara Dei noticia piè ex fide uiuunt. Ut e-
nīm per tenebras significatur ignorantia
Dei, oscitantia, & securitas: Ita per lucem
Dei noticiam ac fructus fidei intelligit. Ne-
que Paulus hic dicit diem illum aduentus
Domini

E P I S T . I . A D

Domini p̄js notum esse, sed eos tantum
tutos fore monet, ut qui clara die uigilan-
tes in uero timore illum excipient. Vigil-
antibus enim & in luce uersantibus, si pr̄-
do aliquis aditum nactus de improviso
incumbat, nihil poterit quod eorum est
deuastare. At si in tenebris dormitantes
deprehendat, relatis spolijs abscedet im-
primis.

Omnes uos filij lucis estis &
filij diei, non sumus noctis ne-
que tenebrarum, proinde ne
dormiamus sicut & cæteri, sed
uigilemus & sobrij simus.

Piorum communia officia exponit.
Idque primum in genere pulcherrima si-
militudine. Cuius sensus hic est. Quem-
admodum dies laboribus & uigilijs, non
somno aut torpori destinatus est, Ita uoca-
ti ad lucem Euangeli per prædicationem
uerbi à tenebrarum regno, debent nunc ut
in die clara uigilare, & sua tam augusta
uocatione digna præstare opera, quæ om-
nia ad uigilantiam & sobrietatem reuocat.
Vigilantia quidem est, dum abiecta secu-
ritate

D
d eos tantum
a die vigilan-
tiant, Vig-
ntibus, si pre-
de improviso
od eorum et
is dormitantes
s abcederim-

lucis estis &
noctis ne-
proinde ne
cateri, sed
simus.

fficia exponit.
pulcherrima si-
hicest, Quem-
& uigiljs, non
nus est, Ita uoc-
predicationem
debent nunc ut
ua tam augusta
opera, que om-
ietatem reuocat.
um abiecta secu-
ritate

THESSALON.

ritate carnali, certa spe in Dominum respici-
cimus. Huic opponitur dormitio, quæ est
supina suæ salutis negligentia. Sobrietas
uerò est qua cauetur, ne illecebris huius
mundi ebrj, in somnum securitatis incida-
mus, sed potius ut alacres simus ad præ-
standum officium. Obseruetur proinde
hoc discrimen inter pios & impios, Illi iux-
ta lucem Euangelij ambulant, hi mun-
di negotijs inuoluuntur, cura salutis suæ
abiecta.

**Qui enim dormiunt noctu
dormiunt, & qui ebrj sunt no-
ctu ebrj sunt.**

Argumentum est à simili. Quemad-
modum homines noctu dormiunt & in-
terdiu uigilant, noctu sunt ebrj, & inter-
diu sobrj: Ita nos decet qui iam noctem
ignorantiæ superauimus, uigiljs & sobrie-
tati studere. Id quod lux Euangelij requi-
rit, ne mente grauata somno ignorantia,
& corde intemperantia & crapula defati-
gato, fœdè nos in tam clara Euangelij lu-
ce geramus. Similis est exhortatio ad Eph.
§. Ne sitis consortes illorum, eratis enim
aliquan-

EPIST. I. AD
aliquando tenebræ, Nunc autem lux in
Domino, tanquam filij lucis ambulare.

Nos autem qui sumus diei,
sobrīj simus.

Accommodatio est similitudinis. Nos
qui sumus diei, id est, qui nocte superata
ignorantiæ, uersamur in Euangelij luce, si-
mus sobrīj.

Induti thorace fidei & cha-
ritatis, & galea spe salutis.

Quò spectent uigiliæ & sobrietas Chri-
stianorum, nunc ostendit, nimirum ut in
armis excubent perpetuò aduersus ho-
stem. Describit autem πανοπλίαν Chri-
stiani militis paucissimis uerbis, quam fu-
sius describit ad Ephes. 6. Hic tres Chri-
stianorum uirtutes, fidem, charitatem &
spem ponit, quas armorum titulo ornat.
Nam ut scutum, thorax, & galea muniunt
corpus militis mundani: Ita animum pñ
hominiis aduersus tela diaboli munit fides,
qua totus Christus induitur, charitas, qua
fides lucet, Spes, quæ omni insultui dia-
boli,

D
autem lux in
ambulare,

mus diei,

litudinis. Nos
in nocte superata
tangere luce, si

dei & cha-
ratutis.

Sobrietas Chri-
stini ut in
aduersus ho-
mynum Chri-
erbis, quam fu-
Hic tres Chri-
, charitatem &
um titulo ornat
galea munita
Ita animum pñ
oli munitides,
r, charitas, qua
ni insultui dia-
boli,

THESSALON.

boli opponitur infracta, quaque salus ipsa
certissima expectatur.

Quia non constituit nos Deus in iram, sed in acquisitionem
salutis per Dominum nostrum Iesum Christum.

Amplificat ab obiecto spei, quod est
liberatio à damnatione & acquisitione salu-
tis, & ne quis hoc sibi adscribat, addit cau-
sam, per Dominum nostrum Iesum Christum. Porro cum iram & salutem nomi-
nat, significat utramque exercendam esse
in aduentu Domini. Iram quidem aduer-
sus reprobos. Salutem uero erga eos, quos
fide, charitate & spe armatos inuenerit. Id-
que non ex ipsorum sed Christi solius me-
rito. Obseruetur & αντίθεσις, quod salus
acquiri non possit, nisi per hunc Domi-
num Iesum.

Qui mortuus est pro nobis,
ut siue uigilemus, siue dormi-
amus, simul cum ipso uiua-
mus,

Actio-

E P I S T . I . A D

Aetiologya est proximæ rationis à fine mortis Christi sumpta. Cum autem mortem nominat, per Syncdochēn intelligit omnia redēptionis beneficia, quorum finis est, ut credentes per ipsum æternū beatū in cœlo uiuant. Quocirca spes nostra non nītitur debili fundamento, sed firmo & duraturo. Quæ spes cum talis sit, nequaquam confundit sperantes. Habent enim testimonium spiritus, quod hic præbet spirītu nostro de paterno erga nos fauore in Christo Iesu Domino nostro,
Roman. 5.

Quare confortamini uos in uicem, & ædificate singuli singulos, sicut & facitis.

Postquam non pauca Christianorum officia recensuit, ostendit omnium commune officium esse incumbere doctrinæ, & exhortationi mutuæ, ut usus doctrinæ in uita conspiciatur. Hic tria obseruentur, primum (quod iam dictum est) communne officium esse piorum se mutuò exhortari ac ædificare in pietate. Deinde errare eos, qui hoc ad solos publicos uerbi ministros

stros
minif
dum
se mu
men
Enth
façan
requir
cation

I
ut co
inter
in d
utqu
preci
opus

Qu
et, Nu
tatione
ut uerb
hibean
partes,
rum ue
causæ o

AD

rationis à fine
n autem mor-
then intelligit
a, quorum si-
sum æternum
circa spes no-
mento, sed fir-
es cum talis sit,
rantes. Habent
s, quod hic præ-
terno erga nos
omino nostro,

amini uos in-
; singuli sin-

Christianorum
t omnium com-
libere doctrina, &
ulus doctrinæ in
ria obseruentur,
um est) commu-
se mutuo exhor-
. Deinde erran-
licos uerbi mini-
stros

THESSALON.

stros reñciunt. Tametsi enim in publicum ministerium non est temere perrumpendum, Tamen omnibus ex æquo incumbit se mutuo exhortari & ædificare, seruato tamen Ecclesiæ ordine. Postremo damnari Enthusiastas qui uerbi ministerium labe- factare conantur, Cum hic Paulus aperte requirat mutuam exhortationem & ædifi- cationem.

Rogamus autem uos fratres ut cognoscatis eos qui laborant inter uos, & qui præfunt uobis in domino & admonent uos, utque habeatis illos in summo precio per charitatem propter opus illorum.

Quid singuli singulis debeat dictum est, Nunc addit ualde necessariam exhortationem, qua Thessalonenses hortatur, ut uerbi ministris debitum honorem exhibeant. Huius exhortationis tres sunt partes, Periphrasis seu descriptio ministro rum uerbi, officium ipsis præstandum, & causæ officij præstandi. Periphrasis siue

G descriptio

E P I S T . I . A D

descriptio qualesnam sint ueri ministri uerbi docet : utpote qui laborant, præsunt & admonent, Labor primum requiritur, nimurum ut in vinea domini strenue faciant officium , docendo fideliter populum. Reuiciuntur ergo à numero ministrorum Euangelij, qui ocium captant, delicias seellantur , & querunt uictum fraudulenter tituli sacerdotalis prætextus. Nihil enim minus sunt, quam pastores , qui non præsunt laborando, & in verbo propagando. Deinde requiritur, ut præsint in domino, sed ut œconomi, non ut domini, & patres-familias. Sunt enim œconomi mysteriorum Dei. Quare qui non dispensant Euangelium , frustra de prælatura in Ecclesia gloriantur. Tertio requiritur, ut admonient, nam crebris admonitionibus , publicis & priuatis opus est , ut doctrina auditoribus accommodari possit. Adeo enim sumus propter peccatum in salutis negotijs negligentes, ut perpetuis stimulis indigamus. Officium ipsis debitum est , ut auditores eos habeant in summo precio & honore per charitatem , hoc enim Paulus primum probat metalepsi, dum inquit, Rogamus ut agnoscatis eos &c. Deinde clare inquiens , ut habeatis eos in summo precio

precio
sic in
lorum
Qua
2, ex
pter
obedi
pertin
obedi
contra
Si qu
Anath
ut non
Verun
tuis fa
& si p
sto, op
Etenim
runt ge
ministr
liuan
ibidem
3. Non
neantu
siae mi
quid h
ri, peri
mones.

D
THESSALON.

precio seu honore, porro hic honor consistit in quinque: primum enim agnosces illorum ministerium opus esse diuinum. Quare ut legatos Dei eos complecti decet. 2. exhibebis reuerentiam debitam propter ministerij dignitatem. 3. præstabis obedientiam in his quæ ad ministerium pertinent, id est, ubi uerbum Dei postulat obedientiam: verum si quid præcipiunt contra uerbum, sequamur regulam Pauli, Si quis aliud Euangelium prædicauerit, Anathema sit. 4. Gratitudinem debebis, ut non solum animo sis gratus erga ipsos, Verum etiam opere, id est, ut conferas protius facultatibus Euangelii ministris uictum & stipendium. Dignus est enim, teste Christo, operarius mercede sua. Item, Rom: 15. Etenim si spiritualia sua communicaerunt gentibus, debebant & de carnalibus ministrare illis. Item 1. Cor: 9. Qui Euangelium annunciant, ex Euanglio uiuant. Et ibidem, Quis militat suis stipendijs, 1. Tim: 3. Non alligabis os houi tritauranti. Admonentur igitur ppi, quod iure diuino Ecclesiæ ministris debeant stipendia, uerum ne quid hic negligatur cum damno ministerij, pertinet hæc cura ad superiores. Sicut monet sententia Esaiæ. 4. Reges erunt nū-
recio

G 2 tritores

E P I S T . I . A D

tritores tui , & reginæ nutrices. Si igitur Reges sunt nutritores Ecclesiæ , possunt & debent iure diuino ministris Ecclesiæ stipendia ordinare , exemplo piissimi Ezechiae regis, ut possint uacare legi Domini , 2. Para: 23. Quinto , adhibebis επιείκειαν in iudicandis moribus , & tegendis erratis , quatenus fieri potest sine iniuria doctrinæ. Nam si in doctrina delinquunt , nullo modo parcendi sunt , sed ut lupi arcendi ab ouili , donec resipiscant. Causa cur hic honor præstandus sit ministris Euangeli ad- ditur , cum inquit , propter opus illorum , unde sequitur nihil eis honoris deberi , qui officium iactant sine labore. Quale autem sit opus illorum supra dictum est , nimirum ut laborent in uerbo , præsint in domino , & sedulo admoneant quos docent.

Pacem habete inter uos.

Quia dissensio multa generat mala , hortatur ut concordiae & paci studeant. Nulla enim re magis turbatur Ecclesiæ in- columitas , quam dissensionibus , unde non solum factiones & seditiones , uerum etiam plurima cum in doctrina , tum in moribus scandala oriuntur. Quare merito
hic

A D

ices, Si igitur
læ, pollunt &
ris Ecclesiæ sti-
pissimi, Eze-
clegi Domini,
debet ἐπιείκεια
tegendi erratis,
mura doctrinæ,
quunt, nullo mo-
lupi arcendi ab
causa cur hicio
is Euangelij ad-
r opus illorum,
onoris debet, qui
ore, Quale autem
dictum est, nimi-
o, præsent in do-
cent quos docent,

inter uos.

ta generat mala,
& paci studeant,
batur Ecclesiæ in-
nisionibus, unde
fitiones, verum-
doctrina, cum in
ur, Quare merito
hic

THESSALON.

hic ad pacem hortatur Paulus qua, incolu-
mitas Ecclesiæ conseruatur. Alij hic uer-
tunt, pacem habete cum ipsis, Nam græ-
cum ἐμὸντος est ambiguum, sed ego
Ambrosium sequi malui, Tametsi parum
referre uideatur, nisi quod generalior sit
sententia iuxta Ambrosij uersionem quæ
huc optimè quadrat, huc accedit quod
Paulus nusquam ἐμὸντος pro ἐμὸντος
posuit, neque enim solet atticismos affe-
ctare;

Obsecramus uos fratres, mo-
nete inordinatos, consolamini
pusillanimes, subleuate infir-
mos, longanimes estote erga
omnes.

Quia non omnibus æqualia sunt fidei
incrementa, monet quomodo sit cum sin-
gulis agendum. Inordinati, id est, flagiti-
osè uiuentes redigendi sunt in ordinem sa-
lutaribus monitionibus : pusillanimes,
quorum fides uidetur vacillare, consolati-
onibus stabiendi sunt. Breuiter de om-
nibus bene sperandum. Quare non im-
portune turbandi sunt, sed expectanda est
per tolerantiam illorum pœnitentia.

G 3 Vide-

EPIST. I. AD

Videte ne quis malum pro
malo cuiquam reddat, sed sem-
per quod bonum est, se clementi-
tum erga uos inuicem, tum erga
omnes.

Ne retaliemus iniurias nobis illatas mo-
net, siue fratres sunt qui offendunt, siue
extranei nostrae religionis hostes. Verum
quia talis affectus est perdifficilis, addit
particulam attentionis, Videte, ac si dicat,
Scio difficile ac durum esse carni & san-
guini illatas iniurias condonare. Quare eò
acriori studio annitendum est, ut sitis abs-
que vindictæ cupiditate. Neque tamen
hac exhortatione legitimam vindictam, &
magistratus officium abrogat, sed qualis
affectus & studium Christianorum esse
debeat, ostendit. Verum quia talis affe-
ctus raro inuenitur, necessaria est legitima
vindicta, quam magistratus uice Dei exer-
cit in contumaces.

Semper gaudete, inde sinen-
ter orate, in omni gratias agite.

Hæc quoque Christianorum officia
esse (ut fidei germani sunt fructus) mani-
festum

A D

natum pro-
t, sed sem-
, secundumini,
n, tum erga

nobis illatas mo-
i offendunt, siue
s hostes, Verum
rdifficilis, addit
idere, ac si dicat,
ille carni & san-
donare. Quare eō
im est, ut suis abf-
te. Neque tamen
iam vindictam, &
probat, sed qualis
Christianorum illi
im quia talis affe-
ctus est legitima
atus uice Dei exer-

te, inde sinen-
gratias agite,
ianorum officia
(et fructus) mani-
festum

T H E S S A L O N.

festum est. Gaudium, de quo hic loqui-
tur, est tranquillitas conscientiae, quae in
fide remissionis peccatorum fundatur, &
in spe promissionis acquiescit. Hoc gau-
dium uel in medijs persecutionibus ma-
net, modo Christum uictorem mundi
non amittas.

Hæc enim est uoluntas Dei
in Christo Iesu erga uos.

Confirmatio proximæ sententiae à uo-
luntate dei sumpta, quæ nostrarum actio-
num regula esse debet, ut supra dictum
est.

Spiritum ne extinguatis, pro-
phetias ne aspernemini.

Hæc duo dicta ita differunt, prius ge-
nerale est, posterius speciale. Spiritum ne
extinguatis, id est nolite facem Spiritus
sancti, qua accenduntur corda uestra ad
uerum Dei timorem & sanctitatem, uestra
negligentia & incuria extinguere, sed date
operam ut accendatur magis. Obstruen-
dæ sunt igitur fenestræ, ne sopor Spiritus
nos inuadat, quo fax illa Spiritus sancti

G 4 extinguui

E P I S T . I . A D

extingui solet. Prophetias ne aspernemini,
hoc ad donum interpretandi scripturas re-
ferendum est. Quod donum ut non est al-
ligatum certis hominibus propter successi-
onem, quemadmodum papistæ uolunt,
Ita datur quibusdam ad ædificationem
Ecclesiae, quo qui pollut, non sunt con-
temnendi, Imo potius in summo precio
habendi, tanquam Spiritus Dei interpre-
tes.

Omnia probate, quod bo-
nūm est tenete, ab omni specie
mala abstinetе.

Prolepsis est, occurrit enim ijs, qui pro-
pter Prophetarum quorundam ineptas
prophetias interpretandi munus simplici-
ter aspernabantur. Et hīc tria dat præce-
pta. Primum probandam esse prophetiam
omnem, id est examinandam ad regulam
fidei, quemadmodum ad Rom : 12. mo-
net, Siue prophetiam iuxta ἀναλογίας
fidei, scilicet eam instituat. Secundum præ-
cedente examine tenendum esse quod bo-
nūm fuerit, id est consentaneum fidei, &
quod ad ædificationem faciat. Tertium,
Non solum malum ac falsum, uerum eti-
am quod tale in speciem appetet reijcien-
dum

A D
T H E S S A L O N .

dum esse. Facile enim quod tale est, ab hæreticis in malam consequentiam trahitur. Quare in Ecclesia nihil nisi solidum, uerum, ac bonum recipiendum esse: ut quod ad ædificationem faciat. Hanc interpretationem præsentis loci requirit contextus, alij generalius interpretantur.

Deus autem pacis sanctificet uos per omnia perfectos.

Quia longum fuit christianorum officia omnia particulatim recensere, post longam enumerationem præcipuorum officiorum, ut artifex genus posuit, nimirum ut sanctæ perfectioni studeant, & quia hoc non est humanarum virium, Deum huius sanctificationis authorem facit, ut sciamus ab eo assiduis precibus petenda esse, quæ ad ueram perfectionem pertinent.

Et integer uester Spiritus & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur.

Definitio est ueræ sanctitatis, & perfectionis christianorum, de qua supra cap. 4.

G s in illum

E P I S T . I . A D

in illum locum. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Summa est ut recte omnia cogitent, recte uelint, ac membra sua exhibeant arma iusticiæ.

Fidelis est qui uocauit uos,
qui & efficiet.

Confirmat quod dixit, à constantia uoluntatis Dei. Deus uos uocauit per gratiam, Igitur serio uult uestram salutem, eamque uerè exhibebit, modo uobis ipse non defueritis. Similis est locus 1. Cor. 1. & ad Phil: 1. unde p̄ij bene sperare discant de uoluntate Dei, & de finali perseverantia, ne cum papistis impiam dubitatem foueant,

Fratres orate pro nobis, salutate fratres omnes in osculo sancto.

Suo more petit pro se orari. Mutuus enim precibus fulcitur Ecclesia. Et iubet salutari totam Ecclesiam Thessalonicensium, per osculum sanctum, tanquam per symbolum externum, purum animi affectionem intelligit. Sanctum enim epitheton impudico & fallaci osculo opponitur.

Adiuro uos per dominum,
ut

A D
iunctas Dei san-
ct ut recte om-
ac membris sua

ocauit uos,

at, à constancia
uocauit per gra-
zefram salutem,
modo uobis ipsi
locus 1. Cor. 1.
e sperare discant
finali perseveran-
tiopiam dubitatio-

ron nobis, salu-
in osculo san-

se orari. Munitis
Ecclesia. Et iuba
n Thessalonicensi-
sum, tanquam per
urum animi afe-
m enim epideron
lo opponitur.
er dominum,

11

THESSALON.

ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.

Ne supprimatur epistola, & paucis quibusdam legatur, ueretur. Quare eos obtestatur per dominum, ut omnibus legatur. Hinc discamus uerbum Dei non celandum ullos, quantumuis rudes & rusticos, Nam ut fides uerbi ab omnibus, Ita & eius cognitio requiritur.

Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum, Amen.

V sitata Paulo est hæc clausula seu fausta imprecatio in omnibus epistolis, Quæ continet summam Euangeli, & fructum fidei, quemadmodum supra sæpius dictum est.

ARGUMENTVM
IN POSTERIOREM EPI-
STOLAM PAVLI AD
Thessalonenses.

Q Via satis constat qualis quantusque sit huius epistolæ author, omisso eius encomio. Tantum ea hoc loco dicam, quæ ad

E P I S T . II . A D

quæ ad huius epistolæ claram intelligentiā facere uidebuntur , ut sunt, Occasio scriptionis, principalis quæstio seu status epistolæ, & tractationis ordo seu methodus.

De occasione.

Occasio præcipua huius epistolæ hæc fuit. Admonuerat Paulus in priori epistola cap. 5. de aduentu domini ad iudicium, quem minime cogitantibus hominibus, omniaque prospera sibi promittentibus impijs, adfuturum prædixit. Hinc quidam doctrinæ Pauli corruptores sumpserunt occasionem, ut propediem diem domini adfuturum affirmaret. Vnde redditi sunt non pauci, ut ex 3. cap: apparet, negligenter, adeo quod multi inordinate, neglecto uocationis labore, uixerint. Hos ut ab errore reuocet Paulus scribit hanc epistolam.

De quæstione principali.

Principalis quæstio est de tempore aduentus domini ad iudicium, quem alij quidam iam iam instare, Paulus uero signa quædam præcessura, nempe defectio- nis à fide, & reuelationis Antichristi pro- nunciavit.

AD

n intelligentia
Occasio scri-
seu status epi-
methodus,

et.

us epistole hæc
in priori episto-
ni ad iudicium,
us hominibus,
promittentibus
ixit. Hinc qui-
uptores sumpe-
pediem diem do-
rū. Vnde reddit
ap: apparet, ne-
multi inordinate,
re, uixerint. Hos
ulus scribit hanc

principali.
e de temporead-
cium, quem alij
Paulus uero sig-
nempe defectio-
Antichristi pro-
nunciat,

THESSALON.

nunciat. Vnde confutatur eorum error,
qui aliter senserunt. Est igitur hæc epistola,
quantum ad principalem quæstionem at-
tinet, Generis Iudicialis, & status conie-
cturalis, Tametsi alia quoque genera, &
quæstiones, ut fieri solet, incidunt. Nam
totum primum caput generis est demon-
stratiui: postremum suasorij.

De tractationis ordine seu Methodo.

Post usitatam Epigrapham, exordi-
um sequitur, quod est gratulatorium. Gra-
tias enim Deo agit pro Thessalonicensium
fide, dilectione, & tolerantia. Propterea
quod ipsis quidem in bonum afflictio, af-
fligentibus uero ipsos in poenam cedat.
Huc addit uotum de ipsorum perfectione
in gloriam Christi: atque his primum caput
absoluitur. In secundo accedit ad princi-
palem quæstionem, præmissa exhortatio-
ne, ne sinant se decipi ab illis, qui diem
domini iam iam instare prædicebant. De-
inde signa præcessura extremum diem, at-
que adeo ipsum Antichristum graphicè
depingit, addens causas cœcitatis homi-
num, qui Antichristi erroribus inuoluen-
tur.

E P I S T . II . A D

tur. Huc addit gratiarum actionem pro
fide Thessalonicensium, & hortatur ad
constantiam. In tertio capite uarias pa-
ræneses addit, hortatur pro se fieri preces,
optat ipsis Thessalonicensibus incremen-
tum dilectionis Dei & patientiæ. Suadet
caueri inordinatos, hortatur ad laborem.
Monstrat quomodo agendum sit cum
contumacibus. Tandem precatus ipsis pa-
cem, fausta imprecatione claudit episto-
lam.

CAPVT PRI-
M V M.

S V M M A P R I M I
C A P I T I S.

G Ratias agit pro Thessalonicensium fi-
de, & dilectione, & tolerantia, in per-
secutionibus, quos solatur futura gloria,
& compensatione afflictionum, & simul
precatur ipsis constantiam, ut per Chri-
stum tandem plene sanctificantur.

ORDO

AD
actionem pro
hortatur ad
pote uarias pa-
se fieri preces,
ibus incremen-
tiorum. Suader
im ad laborem.
endum sit cum
precarus ipsius pa-
re claudit episo-

THESSALON.
ORDO CAPITIS
PRIMI.

Primo loco ponitur Epigrapha. Hanc
sequitur exordium gratulatorium,
quod ipsorum fides, dilectio, tolerantia
crescat, unde se quoque glorjari testatur,
Deinde ut eos animet, & ad perseverantiam
instiget, meminit cum præmij pietatis,
tum suppliciorum impietatis in aduentu
domini. Huc addit, quod pro ipsis prece-
ri soleat, ut Deus eos dignos faciat uocati-
one, vtque sanctificantur magis.

EXEGESIS PRIMI
CAPITIS CVM OBSERVATIONE
doctrinarum.

Paulus & Sylvanus & Ti-
motheus Ecclesiæ Thessalonici-
censium in Deo patre nostro &
domino Iesu Christo.

Hæc Epigrapha supra in priori ad Thes-
salonenses explicata est, & continet duo,
Nomen authoris epistolæ & sociorum, &
eos ad quos scribitur.

Gra-

EPIST. II. AD

Gratia uobis & pax à Deo
patre nostro & domino Iesu
Christo.

Salutatio breuissime propria Euangelij
beneficia continet. Gratia enim fauor Dei
est cum remissione peccatorum. Pax est re-
conciliatio , cui tranquillitas conscientiae
omniaque prospera coniuncta sunt.

Gratias agere debemus Deo
semper pro uobis fratres.

Propositio exordij est , ubi ex uerbo
Debere, collige officium piorum esse, sem-
per Deo gratias agere, non solum quando
nobis, uerum etiam quando alijs læta con-
tingunt.

Quemadmodum dignum est.

Cum dicit dignum esse, indicat non so-
lum præconis uerbi, uerum etiam omnium
esse debitum officium Deo gratiarum
actionem reddere, pro Ecclesiæ felici statu
& prospero Euangelij cursu.

Quia crescit ualde fides ue-
stra,

A D

pax à Deo
míno Iesu

apia Evangelij
enim fauor Dei
orum. Pax est re-
litas conscientiae
sancta sunt.

ebemus Deo
ratus,

cit, ubi ex verbo
priorum esse, sem-
on solum quando
ndo alii laeta con-

n dignum est.
ille, indicat non so-
metiam omnium
Deo gratianum
cclesiae felicitatu-
riu.

ilde fides ue-
stra,

THESSALON.

stra, & exuperat dilectio uni-
uscuiusque omnium uestrum er-
ga uos mutuo.

Ratio propositionis est, ab incremento
fidei & dilectionis Thessalonicensium. Sed
unde nouit incrementum fidei & ex incre-
mento dilectionis. Ex effectu enim causa
dignoscitur. Vbi igitur exigua charitas
est, Ibi exiguae quoque scintillæ fidei, quæ
fides, quo magis arserit, eo maiores chari-
tatis flamas emitit. Admoneamur itaq;
exemplo Thessalonicensium, ut maiora
fidei & charitatis incrementa à Deo peta-
mus.

Adeo ut nos ipsi de uobis
gloriemur in Ecclesijs Dei, su-
per tolerantia uestra, & fide in
omnibus persecutionibus & af-
flictionibus quas sustinetis.

A signo maximos illorum in fide &
charitate progressus fuisse ostendit. Nece-
sse est enim non exiguos fuisse progressus,
de quibus gloriatur apostolus, proponen-
do ipsis alijs in exemplum fidei & chari-
tatis

H tatis

E P I S T . I I . A D

tatis & patientiae in persecutionibus, Cum
inquit, Super tolerantia uestra & fide, con-
iungit effectum & causam, & ex effectu
causam demonstrat. Est enim tolerantia
sub cruce euidentis fidei argumentum. Ne-
que enim potest caro & sanguis in afflictionibus superare, nisi Spiritus fidei robur
suppeditauerit. Nam quorum fides non
altas radices egit in corde, illi tempore
persecutionis iuxta parabolam dominica-
cam scandalizantur, ac in pristinas tene-
bras relabuntur.

In ostensionem iusti iudicij
Dei.

Hoc pertinet ad consolandos Thessalo-
nienses in afflictionibus. Est enim sensus:
quod uos patimini & misere affligimini in
hoc mundo, contra quod uos affligerent
secure & in pace degunt, euidentis docu-
mentum est futuri iudicij. Nam cum Deus
iustus sit iudex, iustum exerceat iudicium,
necessae est. Quare cum in hoc mundo pijs
affliguntur, & impijs bene est, Sequitur ut
aliquando post mortem sequatur iudici-
um, in quo iustus iudex pijs præmia &
impijs supplicia reddet. Ex hoc argumen-
to etiam

A D
tionibus. Cum
tra & fide, con-
, & ex effectu
nim tolerantia
umentum. Ne-
guis in afflic-
tus fidei robur
orum fides non
de, illi tempore
abolam dominii
in pristinas tene-

iusti iudicij

olandos Thesalo-
s. Est enim sensus
tisere affligimini
od uos affligens
nt, euident doce-
ti. Nam cum Deus
exerceat iudicium,
in hoc mundo pī
ne est. Sequitur ut
a sequatur iudici-
lex pīs præmia &
Ex hoc argumey-
to etiam

THESSALON.
to etiam philosophi ratiocinabantur im-
mortalitatem animarum.

Vt digni habeamini regno
Dei, pro quo & patimini.

Collatio est futuræ gloriæ cum præsen-
ti afflictione. Vult enim Paulus, ut in om-
nibus afflictionibus aspiciamus ad futu-
ram gloriam, quam consequemur in regno
Dei glorioso. Neque enim hic de merito et
causa regni Dei loquitur, sed qualesnam
sint & esse debeant regni cœlestis hæredes
ostendit. Crux enim non facit dignos re-
gno Dei, sed declarat dignos, dignos in-
quam non propria dignitate, sed dignitate
ac merito filij Dei, cuius solius crux unica
nos dignos reddit æterna gloria.

Siquidem iustum est apud
Deum reddere his, qui uos affli-
gunt, afflictionem, & uobis qui
affligimini relaxationem.

Apertius declarat quod dixit (in ostend-
tionem iusti iudicij Dei) Idque ab effectu
iudicij Dei. Estque tale argumentum. Iu-

H 2 stum

E P I S T . II . A D

stum est iudicium Dei, Igitur uobis qui
ob pietatem hīc affligimini, relaxationem,
& affligen̄tibus uos pœnam reddet iustus
iudex.

Cum manifestabitur dominus Iesus de cœlo.

Amplificat à tempore, & simul indicat
non esse pijs sperandam in hoc mundo re-
quiem & securitatem firmam. Nam tum
deum salus nostra apparebit, quando
filius hominis uenerit ad iudicium.

Cum angelis potentiae suæ
in igni flammæ.

Qualisnam sit iudicis aduentus futurus
indicit, quo terrorēm incutiat impijs & ad
fortitudinem animet pios. Angelos poten-
tiæ uocat, per quos Deus suam potentiam
exegetur. Ignis flammæ adferet ardorem
& incendium impijs, pijs uero fulgorem
& lucem, ut in hunc locum scribit Atha-
nasius. Plura de hoc igni uide 2. Petri. 3.

Qui ultionem infligit ihs, qui
non nouerunt Deum, & non
obedis-

AD

tur uobis qui
relaxationem,
redder iustus

situr domi

& simul indicat
hoc mundore
tam. Nam tum
redit, quando
dicium.

potentiae suae

aduentus futurus
ut atque impis & ad
Angelos poten-
tuam potentiam
adierit ardorem
ipsius uero fulgorem
omnibus scribit Acha-
uidez. Petri;

figit ies, qui
um, & non
obedit

THESSALON.

obediunt Euangeli domini
nostrí Iesu Christi, qui pœnam
dabunt, interitum æternum, à
facie domini & gloria potentiae
ipsius.

Finis aduentus ad iudicium, quo ad
impios attinet, nempe ut eos dominus æ-
ternis supplicijs subiçiat puniendos. Non
nosse Deum, & non obediere Euangeli,
pro eodem ponuntur. Verba enim noti-
ciae usu scripturæ per Syncdochēn etiam
consequentes effectus denotant. Est igitur
nosse Deum scire quod sit, scire quæ sit
eius uoluntas, eique iuxta uerbum fidere,
quod sane nihil aliud est, quam obediare
Euangeli. A facie domini, & à gloria po-
tentiae eius, est quando dominus adueniet
iudicaturus, suamque uirtutem declaratu-
rus. Alludit autem Paulus ad dictum
Psalmi 67. Sicut tabescit cera à facie ignis,
Sic impij pereant à facie Dei.

Cum uenerit ut glorificetur
in sanctis suis, & admirabilis
reddatur in omnibus credenti-

H 3 bus,

EPIST. II. AD
bus, quod fides habita sit testi-
monio nostro erga uos in die il-
lo.

Finis aduentus domini ad iudicium,
quo ad pios attinet, quales sunt credentes,
hoc est, qui testimonio apostolorum de
Christo fidem adhibent, conuertendo se
uera poenitentia ad dominum. In his glo-
rificabitur dominus, id est sancti ipsum
glorificabunt & agnoscent suæ sanctificati-
onis authorem, qui mirabiliter hunc præ-
sentem miseriæ statum æterna commuta-
bit gloria, Ideoque admirabilis seu admi-
randus merito habebitur.

Ad quod etiam oramus sem-
per pro uobis, ut uos dignos ha-
beat ista uocatione Deus noster,
& impleat omne beneplacitum
bonitatis & opus fidei in poten-
tia.

Nunc preces addit Paulus, ut Thessa-
lonicenses perseverent in uocatione: quod
fit cum

AD
ita sit testi-
os in die ill.

i ad iudicium,
sunt credentes,
apostolorum de
, conuertendo se
num. In his glo-
est sancti ipsum
sue sanctificati-
onibus hunc pre-
eterna communia-
rabilitas seu admi-
r.

n oramus sem-
nos dignos ha-
Deus noster,
benepacitum
fidei in poten-

ulus, ut Thessa-
ocatione: quod
fit cum

T H E S S A L O N .

fit cum Deus implet suam paternam bene-
volentiam, qua in uocatis opus fidei po-
tenter absoluít. Ut enim sua mera bonitate
nos uocat Deus, ita & fidem infundit, eiç
incrementa largitur sua potentia. Opus
autem fidei uocat respectu Dei, fidem in
nobis efficientis. Admoneatur ergo hic
unusquisque nostrum, ne sacrilege opus
Dei in se inchoatum destruat, & sua ingra-
titudine sibi accersat iram Dei.

**Vt glorificetur nomen do-
mini nostri Iesu Christi in uo-
bis, & uos in eo, iuxta gratiam
Dei nostri & domini Iesu Chri-
sti.**

Finem duplīcem perseverantiae in fide
& uocatione addit. Vnum quidem, ut no-
men domini nostri Iesu Christi glorifice-
tur in credentibus. Alterum uero, ut ipsi
credentes in ipso Christo glorificantur,
Idque iuxta gratiam Dei & domini Iesu
Christi, ne quis hoc suis adscribat uiribus,
sed soli potius bonitati Dei, & merito
Christi attribuat. Porro ut Christus dici-

H 4 tus

E P I S T . II . A D

tur in ijs glorificari, qui eius gloriam, fide,
confessione, tolerantia ac innocentia uitæ
illustrant, Sic in Christo glorificatur, quos
Christus post multas hic exantlatas ærum-
nas æternitatis gloria donabit. Admonea-
mur igitur hoc loco, quo uitæ nostræ om-
nes actiones & studia referri oporteat.

C A P V T S E
C V N D V M .

S V M M A S E C V N D I
C A P I T I S .

Hortatur Thessalonicenses, ne finant se
decipi, ab ijs qui extremum diem
iam in foribus esse prædixerunt. Nam
Christus non adueniet priusquam mun-
dus in defectionem prolapsus fuerit, &
Antichristus regnum palam obtinuerit,
idque propter ingratitudinem hominum,
qui noluerunt ueritati credere.

O R D O E T P A R T E S
C A P I T I S S E C V N D I .

Poterit

AD

s gloriam, fide,
innocentia uitæ
orificatur, quos
antatas ærum-
bit Admonea-
tus nostræ om-
tri oporteat,

T SE
V M.

CVNDI
TIS.

licentes, ne finantis
in extremum diem
medixerunt. Nam
et priusquam mun-
rolapsus fuerit, &
palam obtinuerit,
idinem hominum,
credere.

PARTES
CVNDI
Portat

THESSALON.

Poterit hoc caput in quinque partes di-
stribui: quarum prima, est exhortato-
ria propositio ad constantiam, ne finant se
Thessalonicenses seduci ab ihs qui extre-
mū diem iam ceruicibus imminere clama-
bant. Secunda estratio propositionis à ua-
ticinio apostasie & regni Antichristi
sumpta. Tertia consolatoria est, ne fran-
gantur Thessalonicenses ob tantam rerum
confusionem. Quarta exhortatio est ad
perseuerantiam. Postrema uotum & ora-
tionem pro Thessalonicensibus continet.

EXEGESIS SECUNDI CAPITIS CVM OBSERVATIO- ne doctrinarum.

Rogamus autem uos fra-
tres, super aduentum domini
nostrí Iesu Christi, & aggrega-
tionem nostri in illum, ne citò
dimoueamini à mente, neque
turbemini uel per Spiritum uel
per sermonem uel per Episto-
lam tanquam per nos, quasi in-
stet dies domini.

H 5 Exhor-

E P I S T . I I . A D

Exhortatoria propositio. Hortatur enim Thessalonicenses ad constantiam , ut perstent firmi in fidei doctrina , quam dicerant. Mens enim hic significat certam de ueritate Dei persuasionem mente conceptam. Solet enim saepe subiectum pro adiuncto Metonymicos ponit. Porro hic quatuor obseruentur. Primum , ipsa obtestatio Pauli, Deinde obtestandi modus, Tum duplex metaphora , postremo fallendi usae , quas uult Thessalonicenses cauere. Obtestatio non solum constantiam auditoribus uerbi commendat , verum etiam indicat quam sollicitus praeco uerbi diuinii pro suorum auditorum salute esse debeat; ne quo modo per errores & Phanaticos homines puritas doctrinæ turberetur. Hoc enim Sathan querit, ut cum cursus doctrinæ impedire non possit ; admisceat sordes suas, ad turbandum doctrinæ fontem , ne cultus Dei purus maneat. Quare initis occurrentum est , nec quicquam tanquam leue contemnendum , unde possit expectari periculum , uel in speciem minimum. Obtestandi modus , quod ipsos obtestetur per aduentum domini & nostri aggregationem in ipsum. Solemus enim in obtestationibus non solum res

charas

char
tium
nim
tlar
Est
Sive
mini
domi
illo u
since
dimo
sump
torum
etuat,
sint a
dicun
hanc i
igitur
opinio
ritate I
bo turi
pta à r
fidem
hoc est
te Pau
les sim
uis run
tres po

A D
fortatur enim
stantiam, us
ia, quam di
gnificat cer
tiorum mense
pe subiectum
poni, Porro
Primum, ipsa
obtestandi mo
hora, postremo
Thessalonicensis
im constantiam
endat, verum
tus praecipuerit
torum salute esse
r errores & Pha
doctrinæ turbe
rit, ut cum cur
on pollit, adm
andum doctrinæ
i purus manet
um est, nec que
remendum, ut
lum, vel in speci
di modus, quod
num domini &
psum. Solemus
non solum re
charas

THESSALON.

charas, verum etiam quæ ad præsens nego
tium facere videntur proponere. Hoc e
nîm pacto affectus magis mouentur ad se
stiam de rebus propositis cogitationem.
Est igitur sensus præsentis obtestationis:
Si vobis animo charus est aduentus do
mîni. Si desiderabile est uobis ad ipsum
domînum colligi, ut æternum beatî cum
illo uiuatis, persistite firmi in doctrinæ
sinceritate. Metaphora prior est in uerbo
dimoueamini, græcè σαλεύω, estque
sumpta à maris iactatione, quod pro uen
torum ratione nunc huc, nunc illuc flu
etuat. Vult igitur Paulus, ne Christiani
sint adeo inconstantes, ut ad omnia quæ
dicuntur, ferantur & propellantur, nunc in
hanc nunc in illam opinionem. Discatur
igitur solidè uerbum Dei, ne phanaticis
opinionibus sit locus, obfirmato corde ue
ritate Dei. Metaphora posterior, in uer
bo turbemini, græcè θροῦσθαι, estque sum
pta à rumorum inconstantia, quibus qui
fidem pro sua leuitate adhibent, θροῦσθαι
hoc est turbari rumoribus, dicuntur. Qua
re Paulus hac metaphora monet, ne simi
les simus leuibus hominibus, qui ad quæ
uis rumorem trepidant. Fallendi uias hic
tres ponit, Spíritum, sermonem, & episto
lam

E P I S T . II . A D

Iam supposititiam, Spiritus nomine prophetias fictas intelligit, quibus ideo Spiritus nomen dederunt, ut facilius fallerent. Sic hodie papistæ Spiritui sancto adscribunt suas imposturas, ut eo citius eas tanquam oracula diuina recipiant homines. Quare sequendum consilium Iohannis. Probate Spiritus, num à Deo sint. Sermo hoc loco disputationem significat deceptriam. Sic enim sæpe λόγος græcis accipitur. Siue mauis per sermonem garrulitatem futilem ad fallendum idoneam, intelligere. Epistola supposititia fraudes Sathanicas indicat, quibus ille hanc ad fallendum technam inuenit, ut sub nominibus apostolorum mendacia obtruderentur Ecclesiæ: Perinde atque hodie Papistæ suos errores sanctorum patrum titulis ornant. Moneamur itaque hoc loco, ut caueamus omnes præstigias Sathanæ, utque Iucernam uerbi Dei solam in salutis negotio sequamur, memores regulæ Ambrosianæ, quæ lib. i. officiorum in hunc modum legitur. Nos noua omnia, quæ Christus non docuit, iure damnamus, quia fidelibus uia Christus est. Si igitur Christus non docuit, quod docemus, etiam nos id detestabile iudicamus.

Ne

AD

nomine pro-
us ideo Spir-
itu fallerent,
sancto adscri-
citus eas tan-
tant homines,
cum Iohannis.
Deo sint, Sermo
gnificari deceptio-
/ gracie accipi-
onem garulita-
doneam, intelli-
fraudes Satha-
næ ad fallen-
tibus nominibus
obruderentur
hodie Papistæ su-
atum titulis or-
hoc loco, ut cau-
Sathanæ, unque
in salutis nego-
regula Ambro-
sum in hunc mo-
dum, quæ Christi
nnamus, quia si
igitur Christus
us, cuam nos id

THESSALON.
Ne quis uos decipiat ullo
modo.

Repetitio est propositionis cum assevera-
tione, quæ enim tenacius hominum
mentibus hærere cupimus, sæpius inculca-
mus.

Quia nisi uenerit ἀποστολα
prius.

Ratio propositionis à uaticinio defe-
ctionis præcessuræ aduentum domini. Est
autem defectua oratio, Nam subaudien-
dum est, Non ueniet dies domini, Sic er-
go ordina, quia non ueniet dies domini,
nisi prius uenerit ἀποστολα, & est propo-
sitio hypothetici syllogismi loco integræ
argumenti à positione antecedentis ad po-
sitionem consequentis in hunc modum. Si
non uenit ἀποστολα, nondum ueniet dies
domini. Atqui non uenit ἀποστολa, igi-
tur nondum ueniet dies domini. Describit
autem hic defectionem, quæ per totam Ec-
clesiam grassabitur, ut sit ueluti quoddam
uniuersale impietatis diluuium (quo enim
propior est aduentus domini, eo magis
omnia miscet Sathan, turbandæ Ecclesiæ
causa)

N.

E P I S T . II . A D .

causa) mox caput tantæ defectionis consti-
tuens aduersarium Christi seu antichri-
stum, qui in templo Dei sedens diuinos
hones sibi usurpabit. Porro qualisnam
futura esset hæc ἀποστολα obscurum vide-
tur, plerique ad Romanam monarchiam.
referunt, ac ita exponunt: quando Ro-
mana monarchia finem fecerit, & antichri-
stus in locum eius successerit, aderit in fo-
ribus dies domini. Verum hæc expositio
nimis uidetur coacta, alij insistentes uoca-
buli propriæ significationi ἀποστολη in-
telligunt perfidam mundi à fide Christi
defectionem, unde apostatae dicuntur reli-
gionis desertores. Cum itaque prædictitur
hic uniuersalis quædam mundi defectio à
fide, indicatur simul prius prædicandum
esse uerbum fidei per uniuersum orbem.
Nemo enim à Christo deficere potest, nisi
qui prius per Euangelij prædicationem
Christi imperio erat subiectus. Hunc esse
genuinum huius loci sensum non dubito.
Præsertim cum Paulus prioris Timo-
thei. 4. hanc apostasiam ad fidem referat
his uerbis: Spiritus clare dicit, quod in ex-
tremis temporibus ἀποστολæ hoc est
apostatae fient, seu deficient quidam à fide,
attendentes spiritibus seductoribus, &
doctri-

doct
verb
scen
eade
tun,
ad c
alere
Euang
moni
Luca
uene
Hic
ne un
pur sta
loqui
prædi
euente
Nam
ropæ à
corum,
negant
cille. S
mum,
defecti
populu
Dei ad
confide
tatione

A D.

actionis confit.
seu antichri-
edenis diuinis
tro qualisham
bscurum vide-
n monarchiam
i quando Ro-
cenit, & antichri-
rit, aderit in fo-
m haec expositi-
nsistentes uoca-
i ἀπόστολος / ap in-
di à fide Christi
fata dicuntur reli-
itaque prædictur
i mundi defectio-
ius prædicandū
uniuersum orbem
deficere potest, nisi
dī predicationē
objectus. Hunc ell-
ēsum pon dubiu-
us prioris Time-
m ad fidem refert
re dicit, quod in ex-
posito ovrat hoc ei-
gent quidam à fid-
seductionibus, &
doctrinā

THESSALON.

doctrinis dæmoniorum. Hic quia Paulus
uerbo utitur à quo nomen ἀπόστολος de-
scendit, non dubito quin utroque loco de
eadem defectione, nimirum à fide loqua-
tur. Huc accedit quod Paulus uideatur
ad duo Christi dicta respexisse, quorum
alterum est Matth: 24. & prædicabitur hoc
Euangelium regni in toto mundo in testi-
monium omnibus gentibus. Alterum est
Lucæ, 18. uerum tamen filius hominis cum
uenerit, num inueniet fidem super terram?
Hic Christus aperte loquitur de defectio-
ne uniuersali mundi, a fide, firmiter igi-
tur statuamus Paulum de defectione à fide
loqui, quæ Euangelium per uniuersum
prædicatum orbem sequetur, id quod
euentus etiam (proh dolor) comprobatur.
Nam Asia, & Africa, & magna pars Eu-
ropæ à fide Christi defecerat, & plerique
eorum, qui de fide gloriabantur, factis eam
negant & declarant se turpiter à fide defe-
cisse. Sed quid hinc fidelis colliget? Pri-
mum, hoc uaticinium objicit scandalo
defectionis & confusionis tot regnum ac
populorum à fide Christi, in qua iram
Dei aduersus ingratitudinem hominum
consideret. Deinde huius defectionis cogi-
tatione excitetur pius, ad serium timorem

Dei

E P I S T . II . A D
Dei & gratitudinem erga Deum , ne in-
gratus ipse quoque aliquando abinciatur.

Et reuelatus fuerit homo
peccati.

Iam de capite defectionis agit. Texitur autem hic descriptio Antichristi eiusque regni. Hic tamen si unus reuera non est, unius tamen personae nomine describitur, cum propter regnum, quod contra Christum erigit, Tum propter Spiritum Satanæ, quo aguntur omnes qui Christo se opponunt, unus igitur ratione regni Antichristiani dicitur. Deinde & unus dicitur κατ' ξένοχην , qui per successionem tamen supremum locum in regno Christo aduersario tenet. Quare cum regnum Papæ prætextu religionis Christianæ, cum Christi regno ex Diametro pugnat, & papa in eo tanquam summus Monarcha præsideret, ne dubitaueris ipsum papam hoc modo Antichristum recte dici. Dicuntur autem multi Antichristi , sed diuersimode, primum in genere, quotquot Christo quocunque modo aduersantur. Quales sunt Iudei , Turcæ , prophanae gentes , &

alij

AD

Deum, ne in-
do abosciatur,

erit homo

nis regi. Textur
Antichristi eiusque
revera non est,
nunc describitur,
ad contra Chri-
ter Spiritum Sa-
nes qui Christo se
ratione regni An-
tichristi & unus dic-
tus successionem re-
in regno Christo
ecum regnum Pa-
pæ Christianæ, cum
etro pugnat, & pe-
nitus Monarcha præ-
ipsum papam hoc
acte dicit. Dicun-
t Antichristi, sed diversi-
re, quotquot Chri-
stueruntur. Quales
phantæ gentes, &
ali

THESSALON.

alij qui uel professione, uel doctrina, uel
moribus Christo se opponunt. Deinde di-
cuntur à Iohanne antichristi, quotquot
Spiritū Sathanæ acti sub Christiano no-
mine se Christo opponunt, per doctrinam,
qui nunc pseudoprophetæ nunc hæretici
dicuntur, non autem pseudochristi.
Nam hi fuerunt qui pro saluatoribus Iu-
daico populo ante deuastationem Hieru-
salem se uenditarunt, quales fuerunt Teu-
das Magus, Iudas Galilæus, Simon Ma-
gus & AEgyptius quidam, multique alij
de quibus Iosephus uarijs locis. Cæterum
ne odio papatus uideamus papam anti-
christiani regni caput constituere, prium
constituamus definitionem Antichristi,
eamque stabiliamus uerbo Dei. Deinde
uideamus in explicatione descriptionis
Paulinæ, conueniat ne data definitio papæ
eiusque regno an non. Sit itaque hæc defi-
nitio. Antichristus latinè aduersarius Chri-
sti, seductor est qui religionis Christianæ
prætextu in templo Dei sedens, diuinos si-
bi honores usurpat, quique negando Ie-
sum esse Christum sibi alijsque multis est
exitio, homines à Christo ad Spiritus se-
ductores, & doctrinas dæmoniorū signis
abducendo, quo ingratí erga ueritatem

I Dei,

E P I S T . II , A D

Dei , poenas suæ ingratitudinis erroribus
mortiferis obsequentes luant . Hæc defini-
tio ex uarijs scripturæ locis est collecta .
Quod antichristum aduersarium Christi
dicam , ratio nominis est , hunc ipsum se-
ductorem & negatorem Christi cum Io-
han : 1. 2. & 4. voco . Reliqua partim ex
præsenti loco Pauli , partim ex 4. cap : pri-
oris epistolæ Pauli ad Timotheum sumpta
sunt . Verum quia unum ex membris defi-
nitionis datæ non uidetur prima facie con-
uenire papæ , quod tamen Iohannes diserte
ponit cum definit Antichristum , uidelicet
qui negat Christum esse Iesum , opus est
huius membra dilucida explicatione . Ne-
gatio itaque Christi duplex est , Totalis &
partialis . Totalis negatio est Iudaica &
Mahometica seu Turcica , qua negatur fi-
lius Mariæ esse promissus ille Messias , hoc
est Christus saluator in se credentium . De
hac negatione si Iohannes loquitur , Anti-
christi uocabulum latius accipit quam
Paulus . Nam Paulus Antichristum in
templo Dei collocatum iri prædictit , ut qui
uoce quidem & confessione agnoscat Ma-
riæ filium esse Christum , nec de ipsius per-
sona cum ipsis Iudæis dubitet . Relinqui-
tur ergo Antichristum , de quo Paulus lo-
quitur ,

AD

nis erroribus
. Hac defini-
est collecta,
rium Christi
inc ipsum se-
parati cum Jo-
qua partim ex
n ex 4, cap: pri-
to theum lumen
ex membris defi-
prima facie con-
Iohannes dñe
ristum, uidelicet
elefum, opus est
explicatione. Ne-
lex est, Totalis &
tio est Iudaica &
a, qua negantur
s ille Melchias, hoc
e creditum, De-
s loquitur, Ami-
us accipit quan-
Antichristum in
ri prædicti, ut qui
ne agnoscer illa-
nec de ipsius per-
ibiter. Relinqui-
quo Paulus lo-
guitar,

THESSALON.

quitur, non in totum Christum abnegare.
Alia est negatio Christi partialis seu hære-
tica, qua quæ Christus habet propria illi
detrahuntur. Hac negatur alias diuinitas,
cui se Cerinthus & Ebion tempore Iohan-
nis apostoli opposuerunt, & postea Arius
& multi alij. Alias humanitas, quam op-
pugnabant, Martion, Valentinus, Secun-
dus & alij multi. Alias persona, cuius di-
stinctionem à patre rabiose negauit Sabel-
lius, Paulus Samosatenus, Praxeas, &
nostro tempore Michael Seruetus Hispa-
nus. Alias officium, sed officij negatio
duplex est. Quædam enim in doctrina &
moribus sita est, qualis est Pelagij & papa-
lium omnium, qui uoce & uita negant Ies-
um esse Christum, id est, non tribuunt
ipsi hunc honorem, quod solus sit uita &
salus credentium iuxta scripturas; sed par-
tem salutis adscribunt operibus, ijsque ab
hominibus excogitatis, præter & contra
uerbum Dei. Quædam in moribus tan-
tum est posita, eaque est interna & externa.
Interna quidem, cum iuxta uerbum uera
Christi fiducia non sumus prædicti. Exter-
na uero quoties factis negamus impijs,
quem ore confitemur. Quanquam itaque
papa nec diuinitatem nec humanitatem

I 2 nec

E P I S T . I I . A D

nec personæ fidem impugnat, Tamen Christi negator est, quatenus ipsius officium proprium, alijs rebus quam soli Christo tribuat. Et quoniam Christus officij sui causa uenit in hunc mundum, atque hoc officium negat papa, relinquitur papam turpiter Christum abnegare, atque adeo hoc nomine Deo patri & filio aduersari. Quomodo autem reliqua definitonis membra papæ competant in textus enarratione uidebimus,

Reuelatus fuerit. Reuelari hic opponitur occultis insidijs, ut sit reuelari aperte occupare regnum & exercere Tyrannidem in Ecclesia, quod nemo uidet papam fecisse, ultra nongentos annos, inde usque à tempore Phocæ imperatoris, à quo primatum in Ecclesia obtinuit papa.

Homo peccati. Quædam græca exemplaria non ἀμαρτίας sed ἀνομίας habent, hoc est, iniquitatis, quemadmodum & uetus interpres legisse uidetur. Hoc Epitheto significatur quod legis diuinæ contemptor sit ac transgressor. Ut qui & se & alios iniquitate constrictos inuoluant. Hoc qui non fatetur papæ conuenire plane cœcus est.

A D

nat, Tamen
ipius offici-
am soli Chri-
ristus offici-
um, atque
inquitur pa-
negare, atque
i & filio aduer-
eliqua definiti-
erant in textus

ari hic opponi-
t revelari aperte
tere Tyrannidem
uider papam fe-
ios, inde usque à
oris, à quo pri-
uit papa,

am græca exem-
plarū habent,
semadmodum &
denur, Hoc Epi-
egi diuinæ con-
t. Vt qui & se &
s inuoluat. Hoc
uenire plane co-
cus est.

THESSALON.

cus est. Totam enim rationem cultus Dei
peruertit, & loco legis diuinæ, suas tradi-
tiones iam multos annos obtruserat Eccle-
siæ.

Filius perditionis.

Hoc est ut ipse est perditus : ita perdi-
tionis author est alijs. Hic sane titulus vt
optime papæ congruit : Ita omnes monet
ut ipsum tanquam pestem ac perditionis
magistrum fugiant. Paulus pronunciat
anathema esse, qui inuertit Christi Euangeli-
um, & Christus uocat Iudam filium
perditionis, qui Christum osculo perdidit,
qui fieret ut papa non recte diceretur filius
perditionis, qui plusquam proditorio os-
culo Christum prodit, eius Euangeliū
inuertendo, & sanguinem ipsius sacrosan-
ctum pedibus conculcando:

Qui est aduersarius.

Græcè δοῦλοι μενος ubi articulus em-
phas in habet, ut significetur caput Anti-
christiani regni, qui se Christi officio op-
ponit, sibique tribuit quod Christi est pro-
prium, quod sane in papam quadrare pro-
batum est antea, et mox clarius ostendetur.

I 3 Et ef-

EPIST. II. AD

Et efferens se aduersus omne,
quod dicitur Deus aut numen,
adeo ut ipse se deat in templo
Dei, tanquam Deus, ostentans
seipsum quasi sit Deus.

His tribus attributis, quæ eodem per-

tinent, arrogantia Antichristi describitur,
qua uult suas leges æternis Dei decretis
præferri. His notis significatur, quod An-

tichristus non sit aliquis propriè extra visi-

bilem Ecclesiam, sed quod sit arrogans
quispam glorians de Ecclesiæ titulo atq;
efferens se usque adeo, ut se ostentet quasi
sit Deus. Id quod sane non ad naturam di-

uinam, sed ad potestatem in Ecclesia refe-

rendum est, qua potestate sibi sumit ius
condendi leges uitæ & mortis in Ecclesia,

Iacobi 4. dicitur. Vnus est legislator qui
potest seruare & perdere. Loquitur autem
hic apostolus non de externa politia, sed de
spirituali regimine. Quare cum coniungi-

tur seruandi perdendique potestas cum
legislatoris Dei officio, significat aposto-

lus eos omnes totam maiestatem diuinam
ad se rapere, qui sibi ius ferendæ legis uen-

dant. An non hoc uerissime in papam

qua-

AD
sus omne,
it numen,
n templo
ostentans

et eodem perti-
fti defribitur,
s Dei decretis
tur, quod An-
prié extra vili-
d fit arrogans
dia titulo atq
e oftenter qual
ad naturam di-
in Ecclesia ref-
e sibi sumat ius
ortis in Ecclesia,
et legislator qui
Loquitur autem
ma politia, sed de
e cum coniungi-
e potestas cum
gnificat apofo-
ffatam diuinam
rendæ legis uen-
tione in papam
qua-

THESSALON.

quadrat? An non iste perditus suas leges
diuinis legibus præfert? An non atrocius
scelus est papistis uesti carnibus die vene-
ris, quam toto anno scortari? Illum enim
igne expiant, huic leuem & ridiculam sa-
tisfactionem in cohtumeliam sanguinis
Christi imponunt crudeles Psychotyran-
ni. An non capitalius censetur crimen si
uxorem duxerit sacerdos pius, quam si
centies impurus nebulo in adulterio fue-
rit deprehensus? Cum tamen Paulus
utrumque, hoc est interdictum ciborum,
& prohibitionem coniugij doctrinas dæ-
moniorum pronunciat. An non facilius
ignoscunt, si quis perpetuis potionibus
se obtruat, quam si misiarum prophanati-
oni sæpius non intersit? Atque adeo legem
Dei uiolare, papæ cum suis leue & venia
dignum peccatum iudicatur, ac decretum
papæ uiolare scelus est inexpiable. An
non hoc est efferre se contra Deum ac om-
nem religionem? An non est vendicare si-
bi imperium in Ecclesiam? Quare nemo
dubitet quin Roma sit suprema sedes An-
tichristiani regni, & meretrix illa Babylo-
nica, quam Iohannes vidit, ac angelus in-
terpretatur ciuitatem magnam habentem
potestatem super reges terræ, Et quod pa-

I 4 pas

E P I S T . II . A D
pa sit eius summus administrator , adeo ꝑ
ipse Antichristus.

An non meministis quod
cum adhuc apud uos essem , hæc
dixerim uobis.

Paterna obiurgatiuncula est , qua taxat
illorum obliuionem , & simul eis in memo-
riam reuocat , quæ apud ipsos coram de-
aduentu domini & reuelatione Antichristi
differuerat.

Et nunc quid detineat scitis ,
donec reueletur ipse suo tempo-
re.

Repetit causam moræ aduentus domi-
ni , quam eos minime ignorare dicit , &
quamquam hoc loco in sententia redden-
da uariant interpretes , tamen non dubito
mentem Pauli hanc fuisse . Et nunc τὸ κα-
τέχον id est quid detineat seu moram &
impedimentum (quo minus aderit dies
domini , adeo cito ueluti quidam apud
uos dicunt) scitis hoc esse , quod oporteat
antea

A D
ator, adeoq;

istis quod
esse, haec

illa est, qua taxat
vul eis in memo-
ratos coram de-
ione Antichristi

letineat scitis,
se suo tempo

aduentus domi-
gnorare dicit, &
sententia redden-
amen non dubito
se. Etnunc no-
teat seu moram &
minus aderit dies
uti quidam apud
e, quod oportet
antea

THESSALON.

antea reuelari Antichristum, idque suo tempore, scilicet post prædicatum Euangelium passim per orbem, & repudiatam gratiam, atque ita nihil hic noui dicit Paulus, sed tantum repetit cum asseueratione quod antea dixerat.

(Mysterium enim iam ope-
ratur iniquitatis, solum tenens
modo donec è medio fiat)

Hæc recte à ueteri interprete in parenthesin includuntur. Estque prolepsis ualde necessaria, cui additur consolatio. Prolepsi occurrit obiectioni huic. An non hodie multi Antichristi sunt? Sicuti Iohannes dicit, Multos iā Antichristos uenisse. Quare uaticinio cōpleto dies domini haud dubie ceruicibus imminet. Respondet Paulus, Antichristus operatur iam mysterium iniquitatis, hoc est, arcanum suæ iniquitatis, clam orditur, sed nondum iniquitatis regnum plene occupat, quod sane futurum est antequam ueniat dominus. Nec aliud Iohannes uult quam speciales tum sectas emersisse, quæ essent futuræ dissipationis & regni Antichristi præludia. Che-

I 5 rinthus

E P I S T . II . A D

trinthus enim Basilides Martion : Va-
lentinus : Ebion : Arrius & reliqui eius
regni membra erant, quod regnum diabo-
lus postea aduersus Christum erexit, atque
hæc de prolepsi. Consolatio autem est in
uerbis sequentibus. Solum tenens modo
donec è medio fiat seu tollatur, atque ita
hæc interposuit Paulus ac si diceret, Anti-
christus qui modo tenet, id est occulte mo-
litur regnum introducendo uarias sectas,
non perpetuo in Ecclesiam sœuiet. Nam
limitata est eius potestas. Fiet enim ali-
quando, ut è medio tollatur. Atque ita
hæc interposuit Paulus in consolationem
eorum, qui sub Antichristi iugo premun-
tur. Hæc itaque Pauli mens est. Tametsi
duplex uerborum ordinatio adhiberi po-
test. Prior ut mysterium sit nominatiui ca-
sus, hoc modo : mysterium iniquitatis iam
operatur, id est efficax est, scilicet per Anti-
christi præcursores, quod ita tamen resolui
debet. Antichristus occulte suam iniqui-
tatem modo exercet, scilicet per sua mem-
bra seu præcursores hæreticos sicuti supra
expositum est. Posterior ordinatio (sed
prius deletis usitatis distinctionibus) hæc
est, qui obtinet modo donec è medio tol-
latur, tantum operatur nunc mysterium
iniqui-

iniqui-
perf-
detu-
huc-
tatis-
sente-

I
ille,

H
lib:3
referen-
tium,
Proin-
tempo-
rium p
tam gr
christu
obtine-
nabit)
esse co

Spiri-
lustra
Dix

AD

lariōn : V^a
& reliqui eius
egnum diabo-
m erexit, atque
o autem est in
tenens modo
atur, atque ita
si diceret, Anti-
christus occulē mo-
do uarias sectas,
in seuerit, Nam

Fier enim ali-
atur. Atque ita
in consolationem
isti iugo premun-
nens est. Tamētī
atio adhiberi po-
sit nominatiū ca-
m iniquitatis iam
scilicet per Anti-
christum tamen resolu-
tulte suam iniqui-
tate per sua mem-
eritos sicuti supra
or ordinatio (sed
infectionibus) hac
onec ē medio tol-
nunc mysterium
iniqui-

THESSALON.

iniquitatis, Hoc est, Antichristus qui nunc
per falsos doctores obtinere imperium ui-
detur, non tamen plenum imperium ad-
huc nactus est, sed tantum occulte iniqui-
tatis regnum molitur. Sed eandem habet
sententiam utraque ordinatio.

Et tunc reuelabitur iniquus
ille.

Hæc uerba non ad parenthesin (Irenæus
lib : 3. cap. 7.) sed ad ea quæ præcesserunt
referenda sunt. Estque repetitio præceden-
tium, quo aptius sequentia attexi possint.
Proinde sic construe, & tunc (id est suo
tempore scilicet post prædicatum Euange-
lium passim per orbem, & post repudia-
tam gratiam) Ille iniquus (hoc est, Anti-
christus) Reuelabitur (id est imperium
obtinebit ac palam in Ecclesia uisibili reg-
nabit) hunc genuinum uerborum sensum
esse conuincit textus peristasis.

Quem dominus destruet
Spiritu oris sui, & abolebit il-
lustratione aduentus sui.

Dixit Antichristum ē medio tollen-
dum,

E P I S T . II . A D

dum, Nunc quomodo id fiat exponit, ni-
mirum per Spiritum oris Christi & illu-
strem seu gloriosum aduentum domini.
Est autem Spiritus Christi, ipsa Euangelij
prædicatio, per quam regnum Antichristi
conquassabitur, & paulatim consumetur,
in totum autem non abrogabitur, ante-
quam dominus ad iudicium uenerit. Por-
rò tametsi omnibus seculis fuerunt pīj qui-
dam uiri, qui improbarunt papæ Tyran-
nidem : Tamen integrum suum regnum
obtinuit usque ad annum domini 1517,
quo Lutherus cœpit Spiritu oris domini
papatum inuadere ; à quo tempore adeo
sparsum est Euangeliū per pios Euange-
lij ministros, quod tantum non uniuerso
orbi Antichristi, hoc est papæ, impostura
innotuerit, atque ita destructio regni An-
tichristi, non subito fiet, Sed paulatim,
donec ipse dominus suo aduentu extre-
mam manū apposuerit. Id quod haud
dubiè multò citius futurum est, quam no-
stra oscitantia somniant. Euentus uaticini-
orum omnium dominum in foribus esse
clamat, ipsa rerum natura languida & ef-
fœta & quasi eneruata idem ostendit &
testatur. Sed quo hæc pertinent ; ut uigi-
lemus & oremus, nescientes quando domi-
nus noster

nus
ctis,
reperi-
enit
tus fi-
pro a-
mini,
tem,
num e-
bus.

dum
omn
digi
decep
Hy
num
Nunc
tioner
omni
signis
varijsc
rannic
non u-
drare

AD

ai exponit, nō
Christi & illu-
ritum domini.
ipsa Euangeli-
um Antichristi
na consumeret,
rogabitur, ante-
cum uenerit. Por-
s fuerunt p̄ quia
int papae Tyrann-
i suum regnum
i domini 1517,
tūc oris domini
uo tempore adeo
per pios Euang-
elium non uniuerso
papæ, impostur
ructio regni An-
t., Sed paulatim,
o aduentu extre-
m. Id quod haud
rum est, quam no-
Euentus uatiniz-
um in foribus esse
ura languida & ef-
idem offendit &
ertinent; ut uig-
nes quando domi-
nus nostra

THESSALON.

nus noster uenturus sit, sero an medio no-
ctis, in gallicinio, an diluculo, ne si uenerit
repente offendat nos dormientes. Sicut
enim erant dies Noë, Ita erit & aduen-
tus filij hominis. Paulus 1. Thessal: 3. sum-
pto argumento ab inopinato aduentu do-
mini, hortatur ad uigilantiam & sobrieta-
tem, cui si non obtemperauerimus, futu-
rum est, ut audiamus cum fatuis uirgini-
bus. Amen dico uobis, nescio uos.

Cuius aduentus est secun-
dum operationem Sathanæ in
omni potentia & signis & pro-
digis mendacibus & in omni
deceptione iniusticiæ.

Hysterologia est. Descripsit enim reg-
num Antichristi & eius destructionem.
Nunc eius aduentum & regni administra-
tionem attingit. Virtute enim Sathanæ
omnia agit, & ut possit regnum occupare,
signis & prodigijs mendacibus clarebit,
uarijsque fallendi artibus, quo suam Ty-
rannidem stabiliat, instructus erit. Quis
non uidet hoc in papatum optime qua-
drare? Quot signa & miracula edebantur
in papa-

E P I S T . II . A D

in papatu ad confirmandam Idolatriam &
inuocationem sanctorum, Imo adoratio-
nem statuarum, An non totus papatus
usque ad ortam Euangeliū lucem per bea-
tum Lutherum huiusmodi scatebat signis?
Quænam quæso maior deceptio iniusti-
ciæ esse potuit, quam missarum propha-
natio: de purgatorio figmentum: atque
innumerabilium fraudum excogitatio:
Quare admoniti ne sinamus nos talibus
imposturis abduci à Christo, sed potius eas
uerissimas Antichristi notas agnoscamus
ac detestemur.

Porrò hic locus postulat, ut aliquid de
miraculis dicatur, quo inter uera & fallacia
discernere possimus. Signa itaque uera &
miracula sunt, quasi quedam solennis
subscriptio, qua Deus suum uerbum ap-
probat. Fallacia itaque omnia sunt, quæ
à Christi Euangeliō homines abducunt.
Verum ut hic mens pia magis confirme-
tur, signa illa & miracula meditanda sunt,
quibus Deus non solum suum uerbum
confirmauit, sed etiam quibus regnum Sa-
thanæ inuasit, ac se mundo declarauit Sa-
thana superiorem. Huiusmodi sunt pluri-
ma inde usque à condito mundo edita, do-
nec

AD

Idolatriam &
mo adoratio-
nus papanus
cem per be-
atebar signis
teptio iniusti-
arum propha-
nenum, arque
in excoitatio-
nos nos talibus
o, sed potius eas
as agnoscamus

THESSALON.

nec extrema obsignatio Euangelij in die pentecostes accessit, dato Spiritu sancto apostolis uisibili specie, præcipua autem sunt miracula noui testamenti per Christum dominum edita, quæ Sathanas nulla arte imitari potuit. His signis contenti sumus, quibus ueritas Euangelij confirmata est, reliqua relinquamus ihs, qui imposturas papistarum & Sathanæ admirantur & suspiciunt.

In ihs qui pereunt.

In consolationem piorum potentiam Antichristi restringit ad certum hominum genus, Nimirum ad eos, qui pereunt sua culpa & ingratitudine. Stat enim firma & immota sententia. Deus uult omnes homines saluos fieri, sed per medium ordinarium, id est per fidem in Christum, qui hoc medium abiiciunt, sua culpa pereunt.

Pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt in hoc, ut salui fierent, & propter hoc mittet eis Deus efficaciam seductionis, in hoc ut credant mendacio,

E P I S T . II . A D

dacio, ut iudicentur omnes qui
non crediderunt ueritati, sed ob-
lectati sunt in iniusticia.

Dixit in quibus sit efficax futura im-
postura Antichristi, nimirum in pereun-
tibus, Nunc causam perditionis in ipsis
transfert, nimirum quod noluerint recipi-
re, quam dilexisse oportuit, ueritatem.
Hoc est, uerbum Dei uerum de salute ge-
neris humani consequenda per Christum
unicum saluatorem. Deinde ingratitudi-
nis poenam addit, nimirum quod Deus
huiusmodi ingratis hominibus mittat iu-
sto suo iudicio efficacem illusionem, per-
mittendo scilicet diabolum mendacibus
signis, falsam doctrinam confirmingantibus,
homines in errores præcipitare, quo dam-
nentur ob suam infidelitatem & ingratitu-
dinem. Atque hic aperte notatur causa,
cur totus ferè mundus prolapsus sit in tam
terros errores. Ad hanc causam uertamus
oculos quoties in regnis & prouincijs Eu-
angelij cursum impediri audimus. Hinc
& nos admoneamur, ne simili ingratitudi-
ne, rursus erroribus, astu Sathanæ inuol-
uamur. De hisce causis refectionis & ap-

pro-

AD

omnes qui
cati sed ob-
ia,

x futura impo-
m in pereunti-
tions in iplos
noluerint recipi-
tuit, ueritatem,
im de salute ge-
a per Christum
nde ingratitudi-
rum quod Deus
inibus mittat iu-
llusionem, par-
um mendacibus,
confirmantibus,
pitare, quo dam-
arem & ingratitu-
re notatur causa,
rolapplus sit in tam
causam ueramus
& prouincias Eu-
audiimus. Hinc
simili ingratitudi-
i Sathanæ inuok-
refectionis & ap-
pro-

THESSALON.

probationis copiosius Paulus agit ad Rom: 1. 2. 3. 8. 9. 10. 11. Summa huc re-
dit. Ut hominum peruersitas & iustum
Dei iudicium causæ sunt damnationis pe-
reuntium: Ita misericordia Dei & in ean-
dem firma fiducia causæ sunt salutis eorum
qui saluantur. Nam hoc æternum Dei de-
cretum est consilium, quod credentes in
Christum salute uitaque æterna donare
uelit. In hoc enim solo dilecto charos nos
habet cœlestis pater ad Ephe: 1.

Pugnæ inter Christum & eius hostem, papam Antichri- stum descriptio,

Etsi pij omnes norunt papam sub titu-
lo serui seruorum Dei, opponere se Christo
domino nostro, unico salvatori credenti-
um: Tamen utile est non tantum in genere
hoc scire, uerum etiam distincte & specia-
tim errores papisticos & multiplices cor-
ruptelas videre, ut eo magis abomine-
mur, ac tanquam anathema fugiamus pa-
pam, atq; eius Tyrannidem in Ecclesiam
Dei detestemur.

Qui prima elementa ueræ religionis
K digusta-

E P I S T . I I . A D

degustarunt, facile uident formam regni Christi longe aliam esse, quām est forma regni Antichristiani. Quare & administrationem utriusque diuersissimam esse necesse est. Christus interrogatus à Pilato de regno, respondet: regnum suum non esse de hoc mundo, hoc est, non esse mundanum imperium, quo ipse suis imperet. Idem discipulis de primatu concertantibus, manifeste distinguit inter suum regnum & regna mundi. Ita enim ait: principes gentium dominantur eorum, uos autem non sic. Quid quælo hac distinctione manifestius? Quid hæc prohibitione clarius? Contra hanc prohibitionem papa regna mundi sibi subiecit, & multo crudelius imperatoribus optimis & regibus imperauit, quām ulli Nerones. Finxit sibi duos gladios datos esse, unum secularem, quo mundi imperia administret: Alterum spiritualem, quo Ecclesiam regat. Quis usquam adeo cœcus est, ut non uideat papam se Christo hîc opponere? Turca se Christo opponit, sed manifeste. Papa uero non tam manifeste, nam Christi se seruum fingit, Christi autoritatem prætendit, Sed exemplo Iudæ qui proditorio osculo dominum suum prodidit. Tu es Petrus, inquit.

inc
dif
arr
Q
pa
qu
re
tus
gu
co
sup
me
fun
pre
sed
con
cum
qua
pers
fed
hab
ritu
ergo
sunt
conf
de qu
paru

AD

ormam regni
am et forma
re & admini
stissimam esse
gatus à Pilato
um suum non
non esse mun
se suis imperet,
atu concertanti
t inter suum re
enim ait: prin
tur eorum, uo
lo hac distincti
nac prohibitione
hibitionem papa
t, & multo crudo
nis & regibus in
nes. Finxit lib
unum secularem,
ministrat: Alterum
fiat regat. Quis
ut non uideat pe
ponere? Turca
infeste. Papa uno
Christi se seruum
tatem praetendit,
roditorio osculo
it. Tu es Petrus,
inquit

THESSALON.

inquit Christus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hoc dictum arripit papa, ac de se dictum interpretatur. Quis non hic uidet Sycophantam esse papam, qui suo impuro ore ad se transfert, quod à se alienissimum est? Petrus dixerat, Tu es Christus filius Dei uiui. Quod responsum Christus approbans ait; Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauerunt tibi, sed pater meus cœlestis, & ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hic promissio & confessio coniunguntur, ex quo liquido constat, quod promissio non simpliciter sit accipienda, sed cum confessionis conditione. Qui ergo confitetur Christum filium Dei esse & unicum mundi saluatorem, petra illa est de qua Christus hic loquitur, non quidem personæ dignitate, aut successionis ratione, sed confessionis respectu, Quæ confessio habet promissionem clavium, quibus appetitur & clauditur regnum cœlorum. Vbi ergo hæc confessio non est, ibi nec claves sunt. Iam autem experientia docet hanc confessionem non esse in papa Romano, de quo dubitare non potest, qui uitas pa
parum nouit, Inter quos ne unus quidem

K 2 inueni-

E P I S T . II . A D

inuenitur qui Christum docuit & syncere confessus est. Taceo multos extitisse qui false omnem religionem deriserunt, & gauisi sunt in sinu, quod sub religionis praetextu sibi tantas delicias acquisuerint. Hinc patet quam iniuste, quam sacrilege, quam mendaciter papa sibi dictum dominii, tu es Petrus &c, accommodat, & contra Christum, suum regnum mendaci interpretatione uerborum stabilire conatur. Hoc regnum Antichristianum fraude & mendacio partum, Tyrannide, gladio, igni, omnium suppliciorum genere tuetur & administrat, non Christi legibus, sed suis iniquissimis decretis & traditionibus in suum & multorum certissimum exitum.

Etsi autem haec prijs nota sunt in genere de regno Antichristiano, cui ut monarcha & toparcha Sathanæ præsidet papa, & de eius tyrannica & cruenta administratione: tamen opereprecium est, ut magis eius insidiæ caueantur, distinctius ostendere quibus in partibus papa manifeste se Christo opponat, de qua re modo dicemus non quidem plene sed tantum indicando potissima τῆς ἀντιμαχίσεως capita.

Omn-

A D

cuit & syneere
os extitile qui
ferunt, & ga.
eligionis pra-
acquisiuerint,
quam sacrilege,
idictum domi-
nusmodat, & con-
sum mendaci in-
tabilire conatur,
ianum fraude &
nnide, gladio,
in genere tuerur
in legibus, sed su-
i traditionibus in-
sum exstium.

ocasunt in gener-
o, cui ut monar-
æ præsider papa,
uentia administra-
tum est, ut magis
distinctius ostendat
papa manifeste le-
ta re modo dire-
sed tanquam indi-
tipax Xvcewz ca-

Omn

E P I S T . II . A D

Omnibus pijs notum est Ecclesiam
Dei, quæ est sponsa Iesu Christi, colligi,
edificari, conseruari, fulciri, & consistere
his quatuor, doctrina diuinitus patefacta,
Sacramentis diuinis, cæremonijs, & disci-
plina, hæc quatuor ubi ad regulam con-
gruunt, non dubium est ibi ueram & ca-
tholicam esse Ecclesiam Iesu Christi. Con-
trâ ubi non sunt integra, illic uel Ecclesiam
nullam esse, uel ciues Ecclesiæ tanquam in
Babilonico quodam carcere captiuos esse.
Quemadmodum enim olim Babilone ex-
ulabat Ecclesia, Ita hodie in regno pa-
pæ non pauci pji delitescunt. Videamus
ergo quomodo in his quatuor conueniat
Babilonicæ meretrici cum sponsa Christi
quæ est Ecclesia.

Doctrina sponsæ Christi triplex est, ui-
delicet legis, Euangelij, & cultus Dei. Etsi
autem hæc tertia pars legis est, si eius ma-
teriam respicis, & Euangelij si modum
præstandi spectas, Tamen distinctam fa-
cio, quia non ex lege seorsum, nec ex solo
Euangelio, sed ex utraque doctrina ma-
nat.

Quantum autem ad legem Dei, hoc est
K 3 decalogum

E P I S T . II . A D

decalogum attinet , Sponsa Christi æstimat legem ex eius authore Deo , & ex eiusdem perfectione , Nam qui eam fecerit uiuet in ea iustus & charus Deo , qui legis author est sapientissimus , & solus habet potestatem condendi leges uitæ & mortis . Hæc planiora sunt quæm ut ulla interpretatione regeant . Nam & ipse Deus se auctorem legis pronunciat , & idem dicit se in lege proponere uitam & mortem , bendedictionem & maledictionem , & Paulus eandem ideo spiritualem uocat , quia & spiritualem obedientiam requirat , & sit perfecta recte uiuendi norma . Etsi autem Ecclesia Christi fatetur hæc de lege Dei : Tamen dum se respicit Ecclesia , agnoscit se cum Paulo nequaquam posse legi perfectam obedientiam præstare , Imo ne cultum Dei inchoare posse ex sola lege . Hac confessione Ecclesia non accusat legem Dei sanctam , puram & perfectam , sed suas maculas deplorat : quibus inuoluitur , adeo ut puram obedientiam præstare non possit , Quod & Paulus confirmat , prouocans ad testimonia corruptissimæ nostræ naturæ , adducens in medium uniuersalem omnium hominum experientiam , proponens iustum Dei iudicium in omnes , proferens oracu-

A D

a Christi asti-
Deo, & ex eius-
ui eam fecerit
Deo, qui legis
& solus habet
uitæ & mortis,
ut uilla interpre-
tiple Deus se au-
, & idem dicit se
& mortem bene-
nem, & Paulus
uocat, quia &
requirat, & sit
ema, Et si autem
haec de lege Dei;
celer, agnoscit
polle legi perse-
cute, Imo ne cul-
ex sola lege. Ha-
accusat legem Dei
etiam, sed si uas ma-
inuoluitur, adeo
præfare non pos-
sunt, prouocans
imperio nostræ nau-
iuituersalem on-
tiam, proponens
omnes, proferens
oracu-

THESSALON.

oracula Dei quæ idem testantur, commen-
dans nobis finem mortis Christi qui est
iusticia credentium & salus. Nam si (in-
quit) ex lege est iusticia, Christus frustra
mortuus est,

Hactenus diximus breuissime in quo
loco lex Dei sit apud sponsam Christi,
Nunc uideamus quid Antichristus papa
sentiat.

Papa omnium primum & legis autho-
rem Deum, & legem ipsam summa & ne-
pharia iniuria afficit. Sed quomodo hoc
probas? Papa manifeste suas leges legi di-
uinæ anteponit, ex quo sequitur quod se
superbe extollat supra Deum ipsum. Nam
qui suis legibus alterius leges opprimit,
manifeste se anteponit illi cuius leges con-
temnit. Atque hoc est quod Paulus di-
cit, & efferens se aduersus omne quod dicitur
Deus aut cultus. Quod autem papa
suis leges diuinis legibus anteponat, in
potest cernitur. Multo grauius punit pa-
pa transgressores legum suarum, quam
uiolatores legis diuinæ. Mœcho, scorta-
tori ridiculam satisfactionem imponit, ut
forte iejunet unum aut alterum diem, aut
ut numeret sacrificulo certam pecuniam

K 4

pro

E P I S T . I I . A D

pro missa murmuranda, Nam egregie norunt Satellites papæ uariare satisfactionum modos pro hominum conditione, diuitum & pauperum. Ut enim diuites pecunia, ita pauperes preculis & iejunis expiare solent. At si quis sorte carnes ederit die Veneris contra interdictum papæ, aut uerbulum dixerit contra idolatriam Romanam, Hic non preces, non pecunia, non iejunia satisfaciunt, sed atrocissimæ poenæ excogitantur, quibus uel minima decreti papalis uiolatio punietur, non quidem ut poena illa crudelissima sit satisfactoria pro admisso delicto contra legem papæ, Sed ut punitus tradatur diabolo æternis poenis expiandus, Quam uera sint quæ dico, testantur infinita exempla eorum, qui ab immanissimo Psychotyranno papa crudelissimis poenis propter uiolatas leges papales affecti sunt. An non hoc est decreta miseri hominis anteponere sapientiæ Dei? An non hoc est Deum de throno maiestatis suæ detrudere, & se supra Deum superbe efferre? Qui ergo se papæ subiicit, à Deo proditoriè deficit, & cum papa se Christo superbe opponit, non sine suo certo intentu, nisi mature per gratiam Dei resipiscat.

Huc

A D

magis gregie no-
tationum
ditione, diui-
diuites pecu-
leiunis expia-
nes ederit die
um papæ, aut
idolatriam Ro-
ion pecunia, non
ocillimæ pone
minima decreti
non quidem ut
fatisfactoria pro
gem papæ, Sed
poco temmis po-
ra sint quæ dico,
la eorum, qui ab
anno papa crude-
olatas leges papæ
hoc est decretum mi-
e sapientiae Dñi
e throno maiestas
pra Deum super-
pæ subiicit, à Deo
in papa se Christo
e suo certo in-
tiam Dei respicio

T H E S S A L O N.

Huc accedit & alia iniuria, qua papæ
diuinam legem afficit. Nam & eam exter-
na tantum præcipere, & prohibere, & im-
perfectam esse nefarie conuiciatur, con-
tra manifestam Christi interpretationem,
& testimonium. Papa dicit legem Dei co-
hibere manum tantum, at Christus eam
requirere intimos affectus testatur. Papa
somniait legi satisfieri externa disciplina, at
seruus Christi Paulus clamat legem Dei
spiritualem esse, se uero carnalem uendi-
tum sub peccatum, adeo ut non possit legi
perfectam obedientiam præstare. Christus
dicit si uis ad uitam ingredi serua manda-
ta, unde perfectio legis concluditur, Sed
papa collocat perfectionem in obedientia
humanarum traditionum, in ficta pau-
pertate, & Sodomitica uirginitate.

Ex his uel coecis clarum esse potest,
quod papa se Deo & Christo eius oppo-
nat, in prima doctrinæ Ecclesiæ parte ui-
delicet in lege diuina, cui non solum suas
præfert, & se Deo anteponit, uerum etiam
eam maligne contra mentem Dei interpre-
tatur, ac ut imperfecta subiicit suis traditi-
onibus, quibus perfectionis laudem tri-
buit, quam sacrilege sapientiae Dei adimit.

K S Nunc

Huc

EPIST. II. AD

Nunc accèdamus ad secundam partem
doctrinæ Ecclesiæ, quæ est Euangelium.

Sponsa Christi quæ est Ecclesia non aliud Euangelium, quam quod suus sponsus tradidit, quod habet testimonium à lege & prophetis, agnoscit. De quo Paulus ait. Si quis aliud Euangelium euangelizaret, quam nos, anathema sit. Hoc Euangelium Christus ut artifex summus Lucæ 24, his uerbis definit. Sic scriptum est & sic oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius conuersionem & remissionem peccatorum omnibus gentibus. Proinde Euangelium est uniuersalis prædicatio conuersionis & remissionis peccatorum in nomine Christi passi & resuscitati à mortuis. Iti hac definitione multi sunt thesauri cœlestis sapientiae, quos sola Ecclesia Christi reget nouit explicare, & in usus suos prudenter transferre. Ut autem apparet quantum aduersetur Christo Antichristus Romanus explicabo hanc definitionem, & scripturis diuinis illustrabo.

Primo ergo loco obseruandum est quod Euangelium sit uniuersalis prædicatio.

AD
dam partem
uangelium.

eclesia non ali-
l suus sponius
ionum à lege
quo Paulus ait,
n euangelizaue-
it. Hoc Euang-
elium sumus Lucæ
scriptum est &
ati & resurgere à
icari in nomine
missionem pecca-
tus. Proinde Euang-
elio conuer-
catorum in nomi-
ne mortuis, li-
unt thefauri cole-
Ecclesia Christi re-
vulsus suos pruden-
tem apparet que-
Antichristus Ro-
c definitionem, &
rabo.

obseruandum ei-
nueralis predica-
ti

T H E S S A L O N.

tio. Particula uniuersalis expresse ponitur cum dicitur à domino, quod oporteat prædicari omnibus gentibus. Nam i a Hebraismum explicò in omnes gentes. Huc facit & mandatum uniuersale Matth. 28. Ite & docete omnes. Et Mar: 16. Euntes in mundum uniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Ex his liquido constat, quod Euangelium non ad hanc uel illam nationem pertineat exclusis cæteris, sed ad omnes nationes sub sole, & ad omnes homines in omnibus nationibus. Apparuit (inquit apostolus Christi) gratia Dei salutifera omnibus hominibus, & alibi : Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire. Quid consolationis hinc hauriat sponsa Christi, quando luctatur cum conscientia peccati, nemo uerbis explicare potest, Sed quilibet hoc intra se sentit facilius, quam de eo loqui possit.

Deinde hæc definitio habet, qualis sit prædicatio Euangelium, uidelicet conuersio, & remissionis peccatorum in nomine Christi.

Primum dicitur Euangelium prædica-
tio conuersio. Fit autem hæc conuersio,
cum

E P I S T . I I . A D

Eum renunciāmus Sathanæ & peccato , &
confugimus ad misericordiam Dei , certa
fiducia in Christum, pāssum pro nobis &
resuscitatum , recūbentes. Euangelista sig-
nificantē uoce utitur cum propheticam
appellationem uidelicet conuersationem
transfert μετάνοια: quā uoce significatur
non simpliciter quæuis conuersio , sed cer-
ta quædam conuersionis forma uidelicet
animi. Idque iuxta regulam Euangeli.
Vulgo redditur μετάνοια pœnitentia:
quæ appellatio non à formā conuersionis
sumitur, sed à parte antecedente seu à con-
uersionis initio. Sunt enim tres conuersio-
nis partes , uidelicet contritiō, cui propriè
conuenit pœnitentiæ appellatio , fides , &
bonum propositum, seu noua obedientia.
Contritione dolemus nos peccasse, & pœ-
nitet nos facti. Fide conuertimur ad mi-
sericordiam , quam offert Euangeliū in
Christo mediatore & reconciliatore no-
stro. Cum hac fide necessario coniunctum
est bonum propositum , seu noua obedi-
entia, Antecedens prōinde pars conuersi-
onis est contritiō , forma conuerlionis est
ipsa fiducia in Christum, consequens pars
est noua obedientia seu bonum proposi-
tum. Hoc cernitur clare in omnium homi-
num

num
plis
I
obi
fide
cion
dior
A
ueniu
& iul
comp
offend
dicunt
Quid
respon
salicet
Christi
firum in
rem pe
donum
facile o
quam
cati &
sequitu
Spiritu
Had
þ hom

A D

et peccato, &
in Dei, certa
pro nobis &
angelista sig-
propheticam
conuersiohem
oce significatur
muello, sed cer-
forma uidelicet
ulam Euangeli,
et poenitentia;
ma conuersio
dente seu à con-
mores conuersio-
trio, cui propriè
pellatio, fides, &
noua obedientia,
os peccasse, & pœ-
nuertimur ad mi-
serit Euangeliū in
reconciliatore no-
strario coniunctum
, seu noua obedi-
tē pars conuersio-
na conuersio et
consequens pars
bonum propoli-
in omnium homi-
num

T H E S S A L O N.
num conuersione, Id quod paucis exem-
plis ostendam.

David primum tangitur sensu peccati,
obiurgatus à propheta. Deinde erigit se
fide promissionis, quam concepit ex con-
cione prophetæ, tum se gratum Deo osten-
dit omni genere obedientiæ.

Acto: 2. dum arguuntur Iudæi à Petro
ueniunt primum in cognitionem peccati,
& iusti iudicij Dei Job peccatum, unde
compunguntur corde, & dolent se Deum
offendisse. Deinde in hoc ingenti dolore
dicunt ad Petrum, & reliquos apostolos:
Quid faciemus viri fratres? quibus Petrus
respondit. μετανοῆτε, hoc est couertimini,
scilicet ad Deum fiducia mediatoris Iesu
Christi. Et baptizetur unusquisque ve-
strum in nomine Iesu Christi in remissio-
nem peccatorum uestrorum, & accipietis
donum Spiritus sancti. Hoc exemplum
facile ostendit quid sit proprie conuersio,
quām ut necessario præcedit noticia pec-
cati & dolor ob peccatum, Ita necessario
sequitur noua obedientia, quæ est actio
Spiritus sancti in creditibus.

Hactenus quid requirat Euangeliū
ab homine dictum est uidelicet conuersi-
onem,

E P I S T . II . A D

onem, Nunc sequitur quid conuersis offre-
rat. Ita enim habet definitio: Euangeliū
est prædicatio conuersionis & remissionis
peccatorum. Offert ergo Euangeliū om-
nibus hominib⁹, qui conuertuntur seu
credunt, remissionem peccatorum. Hæc
remissio nihil aliud est quam obligationis
ad æternam mortem & damnationem so-
lutio, & poenæ debitæ condonatio. Fit au-
tem hæc remissio, ut dictum est, quando
in conuersione credimus nobis Deum esse
propitium, propter mortem & resurrectio-
nem Christi. Huius remissionis pulcherri-
ma imago proponitur Math: 18. in debi-
tore, qui debuit suo creditori decem milia
talentorum. Qui cum non habuit quod
solueret, remissum & condonatum est ei
totum debitum ex mera misericordia.

Porro in fide remissionis peccatorum
plura coniuncta sunt. Videlicet extatio
peccati, per solum sanguinem Christi, im-
putatio iusticiæ, & acceptatio hominis ad
uitam æternam gratis propter Christum, et
hæc tria iustificationis nomine sæpe intelli-
guntur, & eius quidem partes censentur.
De his beneficj⁹ ita Paulus scribit. Iustitia
Dei per fidem Iesu Christi in omnes qui
credunt.

cre
enir
stifi
per
sto
ōne
often
niem p
us tol
in pra
stifica
Vbi
legem
dei, A
nem f
Paulu
iungit
delicer
nem iu
ad uit
explica
quam
totam
ficit,

Pri
num ef
docer,

A D
onueris offe-
Euangelium
& remissionis
ngelium om-
ueruntur seu
torum. Hec
m obligationis
nnationem so-
donatio, fit au-
um est, quando
obis Deum esse
m & resurrectio-
nonis pulcherr-
iath: 13. in debi-
tori decem milia
non habuit quod
ondonatum est ei
misericordia.

sionis peccatorum
Videlicet expon-
tuinen Christi, im-
ptatio hominis at
ropter Christum, et
omine saepe intelli-
partes censentur,
dus scribit, Iustitia
risti in omnes qui
credunt.

THESSALON.

credunt. Non est enim distinctio. Omnes
enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iu-
stificantur autem gratis per gratiam ipsius
per redemptionem, quæ facta est in Chri-
sto Iesu, quem proposuit Deus propitiati-
onem per fidem in sanguine ipsius, ad
ostensionem iusticiæ suæ propter remissio-
nem peccatorum præcedentium, quæ De-
us tolerauit, ad ostensionem iusticiæ eius
in præsenti tempore, ut sit ipse iustus & iu-
stificans eum qui ex fide est Iesu Christi.
Vbi ergo gloriatio & exclusa est, per quam
legem & operum & non. sed per legem fi-
dei. Arbitramur igitur iustificari homi-
nem fide sine operibus legis. Hactenus
Paulus, ex cuius uerbis facile appareat con-
iungi hæc tria in iustificatione hominis, ui-
delicet expiationem peccati, imputatio-
nem iusticiæ, & acceptationem gratuitam
ad uitam æternam. De quibus tribus nunc
explicatiū dicemus, ut manifestum fiat
quam insigni contumelia papa, qui hanc
totam doctrinam obruit, filium Dei af-
ficit.

Primo ergo loco in remissione peccato-
rum est expiatio peccati: quæ fit, ut Paulus
docet, per sanguinem Christi. Dum uide-
licet

E P I S T . II . A D

licet Christum per fidem induimus , & Christi membra efficimur. Huc pertinent multa dicta scripturæ. Iohannes ait: ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, 1. Iohan; 1. Sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni peccato. 1. Iohan; 2. Si quis pecauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum , & ipse est propitiatio pro peccatis nostris : non pro nostris autem tantum , sed etiam pro totius mundi. Hæc testimonia & multa alia restantur nulla alia re expiari, purgari, & tolli peccata omnia, quam solo sanguine Christi. Qui mortuus est, ut Paulus ait, propter peccata nostra scilicet expianda , purganda, & tollenda.

Secundo in remissione peccatorum est imputatio iusticiæ. Nam, ut omnis qui credit habet expiationem peccatorum: Ita etiam habet imputationem iusticiæ: Ut lex ipsum damnare non possit, cum habeat quod illa requirit. Quod autem hæc iusticia sit iusticiæ imputatio testatur Paulus Rom: 4. his uerbis: credidit Abraham Deo & imputatum est illi ad iusticiam. Ei autem qui operatur , merces non imputatur secundum gratiam, sed ex debito datur.

A D
ndiuimus, &
Huc pertinent
unnes ait; ecce
mundi, i. lo-
emundatnos
i. Si quis pec-
cus apud patrem
Si ipse est propri-
us; non pro no-
tiam pro totius
x multa alia te-
i, purgari, & tol-
lo sanguine Chri-
Paulus ait, pro-
ci expianda, pur-

ne peccatorum ef-
lam, ut omnis qui
in peccatorum: ia-
nem iusticiæ: Vi-
i posse, cum habe-
Quod autem ha-
titatio refutatur Paulus
credidit Abraham
ili ad iusticiam. Ei-
ceres non imputa-
sed ex debito da-
tur.

T H E S S A L O N.

tur, ei uerò qui non operatur, credit au-
tem in eum qui iustificat impium, impu-
tatur fides eius in iusticiam. Sicut & Da-
uid definit beatitudinem hominis, cui De-
us imputat iusticiam sine operibus, Beati
quorum remissæ sunt iniquitates & quo-
rum tecta sunt peccata. Hæc iusticia Dei
dicitur, quia non est hominis propria, sed
est ex fide Iesu Christi, ideoque Deo acce-
pta & grata. Ita enim Paulus Philippen. 3.
Seipsum statuens exemplum, hanc iustici-
am ab hominis propria quæ est ex lege di-
stinguit, sunt autem hæc uerba Pauli. Ex-
istimo omnia detrimentum esse propter
eminenter scientiam Iesu Christi Domini
mei, propter quem omnium iacturam feci,
& arbitror esse reiectamenta, ut Christum
Iucrifaciam, ut & inueniar in illo, non ha-
bens meam iusticiam, quæ ex lege est: Sed
illam, quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex
Deo est, iusticiam in fide &c. Quid quæso
clarior dici potuit? Paulus hîc primum
prodit nudus in conspectum Dei, exuit
omnem opinionem iusticiæ propriæ, quæ
est ex lege, ut possit fieri capax iusticiæ Dei,
quæ est ex fide Iesu Christi. Proinde iusticia
qua consistimus corâ Deo, nō est hominis,
non est legis, non est ullorū operum, sed est

L Dei,

E P I S T . II. A D

Dei est fidei, est Iesu Christi, quem induit
omnis qui credit in illum, adeò ut Christi
iusticia illi imputetur, ut ea censeatur iu-
stus coram Deo, ac si ipsius propria esset.
hæc Christi iusticia, quæ nobis imputatur
definitur Rom. 5. obedientia Christi: ubi
collatione facta inter Adam & Christum
in hunc modum loquitur Apostolus.
Quemadmodum per inobedientiam uni-
us hominis peccatores constituti sunt mul-
ti, Sic etiam per obedientiam unius iusti
constituentur multi. 2. Corinth. 5. eum
qui non nouit peccatum, fecit peccatum,
ut nos fieremus iusticia Dei in ipso. Ex his
concluditur, quod iusticia Christiana, qua
consistimus coram Deo, sit obedientia
Christi credenti imputata, nam ut obedi-
entia crucis Christi, est expiatio à peccato,
ita obedientia legis in Christo, est iusticia
nostra, quæ obedientia ideo omnibus suf-
ficit, quia est obedientia hominis qui est
Deus. Nam ex illa admiranda & adoran-
da unione diuinæ & humanæ naturæ in
Christo, est precium & æstimatio infini-
ta omnium operum in humana natura
Christi.

Cum ergo homo hac obedientia seu iu-
sticia Christi ornatus prodit in cōspectum
Dei

AD

quem induit
ideo ut Christi
a censeatur iu-
s propria effet.
obis imputantur
a Christi; ubi
am & Christum
tutus Apolitus.
obedientiam uni-
nstituti sunt mul-
titudinum unius iusti
Corinth, s. cum
fecit peccatum.
Dei in ipso. Ex his
a Christiana, qua
o, sit obedientia
ta, nam ut obedi-
expiatio a peccato;
Christo, est iustitia
video omnibus suf-
ficia hominis qui di-
miranda & adoran-
humane nature in
& estimatio infinita
in humana natura
obedientia seu iu-
rodit in conspectum
Dei

THESSALON.

Dei, iustus censetur, ita ut lege Dei sit omni-
nino satisfactum. Nam habet quod lex re-
quirit, nempe iusticiam: non quidem for-
malem in se, sed in Christo, quae credenti
imputatur. Vnde Paulus Rom. 10. finis
legis Christus in iusticiam omni credenti.
Hoc est, omnis qui credit in Christum, ha-
bet finem legis: id est, quod lex ut sum-
mum requirit, nempe iusticiam, & cum
iusticia uitam. Hinc facile patet, quid
Christus uoluerit, cum interroganti cui-
dam quid faceret, ut haberet uitam bea-
tam responderit. Si uis ad uitam ingredi
serua mandata. Nam qui seruat mandata
habet quod lex requirit, nempe iusticiam,
cui beata uita debetur. Ita rectissimam ui-
tam monstrat Christus, dum ad obedien-
tiā mandatorum mittit. uerū si hic a-
dolescens in se descendisset, agnouisset suas
maculas deplorasset suum peccatum, &
nudum se cum Paulo corām Christo pro-
strauisset, monstrasset sanè illi alium mo-
dum consequendi finem legis, iussisset il-
lum in se credere, ut in se inueniret quod
ipse non haberet, nempe iusticiam quam
lex requirit.

Tertio loco in remissione peccatorum
est acceptatio gratuita credentis hominis

L 2 ad

E P I S T . I I . A D

ad uitam æternam. Hæc cum remissione
peccatorum & iusticia imputata cohæret,
ut quæ ab illis dependeat. Hæc acceptatio
in dilectione, qua nos in dilecto charos ha-
bet pater, fundata est. Porrò duplex ac-
ceptatio hominis est coram Deo, una fidei
est uidelicet cum gratis propter Christum
acceptamur: altera obedientiæ est, uideli-
cet cum credens persona propter suam o-
bedientiam accepta est, adeò ut etiam præ-
mium obedientiæ recipiat. Sed de priori
acceptationis genere hic agitur.

Hactenus simpliciter & perspicuè, ut
spero, proposui doctrinam sponsæ Christi
de Euangelio: nunc quomodo huic do-
ctrinæ se opponit aduersarius Christi Pa-
pa breuiter expediemus.

Euangelium Papistis noua lex est, quæ
eadem præcipiat, & prohibeat quæ Deca-
logus, Sed plenius, Lombardus libro ter-
tio distinct: 40. exemplum sumit de non
mœchando, cui præcepto dicit superaddi-
tionem factam in Euangelio, in quo omnis
concupiscentia mœchandi prohibetur.
breuiter illis lex uetus comprimit manū,
lex noua seu Euangelium comprimit ani-
mum. Quid hîc dicemus? an non into-
lerabilis

A D

um remissione
utata cohaeret,
Hæc acceptatio
recto charo ha-
bitrò duplex ac-
tus Deo, una fidei
propri Christum
ueritate est, uideli-
a propter suam o-
rato ut enām præ-
parat. Sed de priori
tagitur,

& perficuē, ut
nam sponsa Christi
quomodo huic do-
cerari Christi Pa-

is noua lex est, que
phibeat quæ Dic-
tum Bernardus libro ter-
plum sumit de no-
to dicit super addi-
glio, in quo omnis
andi prohibetur.
omprimit manum,
im comprimit ani-
mus: an non into-
labilis

THESSALON.

terabilis iniuria est, qua Christum affici-
unt, quem nouum leglatorem constitui-
unt? Christus corrigit errorem Pharisa-
cum de lege Dei, & mentem legis exponit.
Hoc Papistæ putant esse nouum leglatore-
rem fieri. Sed toto cœlo errant, & satis con-
futantur sententia Ecclesiæ, quam supra
exposui. Nam si Euangelium est doctrina
conuersionis, & remissionis peccatorum
in nomine Christi, sicuti ipse Christus de-
finit, falsissima profecto erit Papistarum
assertio, quæ Euangelium definit nouam
legem moralium præceptorum decalogi
esse. Proinde utrumque falsum est, uidelicet
& quod dicunt Euangelium nouam le-
gem esse, & quod affirmant plenius conti-
neri præcepta in Euangeliō. Ut enim
prius barbarico cœno obruit lucem Eu-
angeliō. Ita posterius contumeliosum est
in Deum authorem legis. Si Euange-
lium est prædicari conuersionem, & re-
missionem peccatorum in nomine Chri-
sti, seu ut Paulus loquitur Euangelium
est hominem gratis iustificari fide abs-
que operibus legis, profecto anathema est
dicere Euangelium esse operum doctri-
nam, quibus homines coram Deo iustifi-
centur. Præterea si plenius continentur

L 3 mora-

E P I S T . II . A D

moralia in Euangelio quām in Decalogo,
lex Dei profectō est imperfecta, nec uita &
mors in ea proposita sunt, nec recte à Mose
dictum est: Qui fecerit ea uiuet in eis, Imò
Christus ipse malè pronunciat de lege mo-
rali , si uis ad uitam ingredi serua manda-
ta. Cuicunque ergo pietas cordi est, fu-
giat definitionem illam Papalem non secus
atque anathema. Ita enim Paulus iubet.
Si quis aliud Euangelium docuerit, quām
nos, sit anathema.

Ex hoc ueluti fundamento extruunt
Papistæ omnes suos errores contra gratui-
tam iustificationem , & abolent fidem re-
missionis peccatorum.

Suprà ostendimus in fide remissionis
peccatorum plura spectanda esse, uidelicet
expiationem peccati per solum sanguinem
Christi, imputationem iusticiæ Christi, &
acceptationem gratuitam hominis ad ui-
tam æternam. Hæc omnia Papa abolere
conatur , in maximam contumeliam Filij
Dei, & in certissimum interitum omnium
eorum qui à Papa seducuntur , nisi ante
mortem resipiscant. Sed agè uideamus,
quibus fordibus has iustificationis nostræ
partes obruat Papa , quò nobis sit magis
abominabilis impostura Papæ.

Sponsa

THESSALON.

Sponsa Christi edocta uerbo Dei, agnoscit, & credit solo sanguine Christi expiari, purgari, & aboleri peccata omnia. Sed Papa longè aliter docet. Nam quædam peccata dicit ablui suo anabaptismo, seu lustrali aqua, utpote minora peccata: quædam dicit purgari igni purgatorio. Ut qui non purgatus est hic satis in uita, purgetur in igni purgatorio, donec Papæ usum fuerit. Quædam dicit redimi eleemosynis: Quædam peregrinationibus: Quædam indulgentijs à Papa auro & pecunia comparatis. Nam dicit se habere thesaurum Ecclesiæ, hoc est, merita sanctorū quæ uendit quibus uult: quædam mentitur merito missarum tegi: quædam clamat preculis & ieunijs, & inuocatione sanctorum expiari. Quid dicam de thure & candelis consecratis & accensis coram imaginibus? Hæc omnia tanquam fulmine quodam prosternuntur, hac una sententia, 1. Iohan. 1. Sanguis Iesu Christi purgat nos ab omni anomia, hoc est, ab omni peccato, quo lex Dei uiolata est. Nam avocatio est quicquid non congruit cum lege Dei, siue actio siue passio, siue defectus, siue qualitas sit, siue à nobis fiat, siue in nobis sit. Quæ oratio, obsecrò, sufficiet ad de-

L 4 testan-

in Decalogo,
ta, nec uita &
re recte a Moze
tet in eis, Imo
ut de lege mo-
serua manda-
s cordi est, fu-
palem non fecus
n Paulus iubet.
docuerit, quam

ento extruunt
s contra gratui-
bolent fidem re-

fide remissionis
nda esse, uidelicet
solum sanguinem
iusticie Christi, &
n hominis ad ui-
nnia Papa abolar
consumeliam Filii
meritum omnium
scuntur, nisi ante
d' agè uideamus,
ificationis nostre
ò nobis sit magis
Papa,

Sponsa

E P I S T . II . A D

testandam istam contumeliam Papæ aduersum sanguinem filij Dei : Quis non exhorrescit cogitans de potentia Diaboli, qui in tam execrabilem blasphemiam hominem pertrahere potuit : Quis quæso nisi prorsus suæ salutis immemor, hic sustinet imperium Papæ : Iudas filium Dei osculo prodidit, & crepuit medius, Sed Papa multo iniquius, crudelius, & immanius facit, qui preciosum sanguinem Dei pedibus conculcat, & coeno foedissimo obruit. Quod sanè facit quando suis stercoreibus, hoc est fictis purgationibus tribuit eam uirtutem, quæ est solius sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Orandum est igitur Deus, ut hunc hostem filij sui Papam conficiat potenter gladio oris sui & prosternat istam immanem beluam, quæ uineam Domini tam miserè uastat, quæ Ecclesiam Dei prætextu sanctimoniae horrendis modis lacerat, quæ sanguine sanctorum conatur impedire cursum Euangeli, & nihil magis in uotis habet, quam ut in Ecclesiam Dominium habeat, agnoscatur caput & monarcha Ecclesiæ, successor Petri, cum reuera sit pestis Ecclesiæ, Toparcha Sathanæ, & successor Iudæ, Immō non Iudæ solius, sed Iuliani quoque, & Ne-

AD
am Papæ ad-
: Quis non
india Diaboli,
pheniam ho-
Quis quod
nemor, hic su-
das filium Dei
uit medius, Sed
delius, & imma-
sanguinem Dei
xeno foedissimo
quando suis ster-
rgationibus tri-
et solum sanguí-
Christi, Orandus
postrem filij sui Pa-
gladio oris sui &
em beluam, que
uiceré uafat, que
sanctimonizé hor-
quæ sanguine san-
ire cursum Euan-
guis habet, quam
um habeat, agno-
a Ecclesiæ, succe-
dit peccatis Ecclesiæ,
successor Iudeæ, Im-
d Juliani quoque,
& Ne-

T H E S S A L O N.

& Neronis, quos omnes solus Papa supe-
rat crudelitate & sæuitia in membra Chri-
sti, Idque non ob aliam causam, quam
quod fateantur se non alijs ablutionibus
& purgationibus indigere, quam solo
sanguine Christi, qui sufficit ad omnia
mundi peccata purganda & abolenda.

Diximus quomodo obruat Papa pri-
mam partem Euangeliū de remissione pec-
catorum nunc quomodo iusticiam quām
prædicat Euangelium, tollat uidebimus.

Sponsa Christi, in schola spiritus san-
cti erudita, nouit iusticiam Euangeliū esse,
quam tota scripture commendat, uidelicet,
obedientiam filij Dei credenti imputatam,
de qua supra sententiam catholicæ
Ecclesiæ Christi exposuimus, & confirma-
uimus, sed Papa Christi iusticiam esse no-
stram planè negat, & in locum iusticiæ fidei
substituit iusticiam operum & merita hu-
mana. Etsi autem iam tandem Papistæ in
iustificationis doctrina fidei meminerunt:
Tamen intelligunt fidem historicam: cui
addunt spem & charitatem. Has enim iu-
sticiæ partes faciunt, ut fides sit initium,
charitas autem consumatio iustitiæ. Hæc

L 5 erro-

E P I S T . I I . A D

erronea doctrina de iusticia Christiana e-
uertitur passim in scripturis. Præcipue au-
tem in Epistolis Pauli. Rom. 3. 4. 10. Ephe.
2. Galat. 2. 3. 4. Philip. 3. breuiter cum
perpetuo scripturæ consensu pugnat, & est
blasphema in filium Dei, nō minus quam
illa de expiatione peccati. Sophismata Pa-
pistarum à multis doctissimis viris in
nostris Ecclesijs, publicis scriptis refutata
sunt.

Sponsa Christi ut gratuitam remissio-
nem peccatorum, & iustitiam; ita etiam
gratuitam agnoscit acceptationem, quem-
admodum suprà declarauimus. Sed Papa
meritum triplex in locum gratuitæ accep-
tationis substituit. Est enim Papistis aliud
meritum congrui, aliud digni, aliud con-
digni. Metitum congrui vocant quo pec-
cator dicitur gratiam sibi mereri, dum ad
gratiam se disponit, hoc est, ut isti interpre-
tantur, cum facit quod in se est, & tribu-
unt hoc meritum non renatis, & inimicis
Dei. Meritum digni definiunt, in quo vir
iustus orat pro alio, & meretur exaudiri.
Meritum condigni est meritum, pro quo
exigitur præmium ex debito. Hoc meri-
tum, inquiunt, exigit in operante ut sit
amicus, in opere, ut respiciat ad debitum

præ-

A D

Christiana e
Principiū au
3. 4. 10. Ephe
breuiter cum
pugnat, & et
ō minus quām
Sophismata Pa
tissimis viris in
scriptis refutata

tuitam remissio
tiām; ita etiam
cationem, quem
nūmus. Sed Papa
im gratuīta accep
tim Papistis aliud
digni, aliud con
uocant quo pec
cibi mereri, dum ad
est, ut isti interpre
t in se est, & tribu
renatis, & inimicis
lefiniunt, in quo vir
meretur exaudiri.
meritum, pro quo
debito. Hoc mer
in operante ut sit
spiciat ad debitum
præ-

THESSALON.

præmium, in præmeante ut acceptet opus,
& hominem propter opus. Breuiter quod
uis horum meritorum est merentis aliquid
suo labore, & debitum dicitur quod da
tur merenti aliquid suo labore. Hæc sum
ma est doctrinæ Papisticæ de merito, &
eius generibus. Verum huic doctrinæ
opponit se Christi Ecclesia freta uerbo ip
sius, & gratia. Verbum Lucæ 17. cum
omnia feceritis quæcunque præcepta sunt
uobis, dicite inutiles serui sumus. Gratia
data est per Iesum Christum Iohan. 1. Si
Gratia est qua accipimus, profectò non est
in nobis meritum operum, alioqui gratia
non est gratia. Præterea si Deus gratuitò
dat, certè non est debitor, hoc est, ut det
quia debet, & tu accipias quia mereris.
Meriti enim natura est, ut inter id quod
datur, & id quod accipitur sit iusta pro
portio. Atque hoc sit dictum breuiter
contra meritum in genere, quod cum nul
lum sit, non est quod multum disputemus
contra subiectas partes, quæ sunt meri
tum congrui, meritum digni, & meri
tum ex condigno.

Meritum congrui euertitur his ratio
nibus.

Prima,

E P I S T . II . A D

P R I M A , ante iustificationem , quæ
est omnino gratuita , ut ostensum est , om-
nis homo est filius iræ . Quid ergo merere-
tur miser ?

S E C V N D A , homo ante regenera-
tionem uiuit secundum carnem . Cuius
φρόνκμα , hoc est , cogitatio , iudicium , af-
fectus , uoluntas , & sensus est inimicitia
coram Deo . Quomodo ergo congruit ,
ut qui talis est , aliquid suo mereatur
opere ?

T E R T I A , Christus dicit , mala ar-
bor facit malum fructum . Cum ergo om-
nis non renatus sit mala arbor , qualis fru-
ctus expectandus nisi malus ?

Q V A R T A , quicquid non est ex fide
est peccatum . Si peccatum , quomodo
placebit ? Si non placebit , quomodo me-
rebitur ?

Meritum digni habet aliquam specie-
m , sed tamen reuera nullum est dignitatis
meritum , quicquid enim accipimus pro
præstito officio , id ex gratia accipimus
propter bonitatem largientis , & non pro-
pter dignitatem operantis . Vir iustus orat
pro alio & exauditur , non quia meretur ,
ut ex-

THESSALON.

ut exaudiatur, sed quia promisit ex gratia
Deus.

Meritum condigni similiter multis te-
stimonij scripturæ euertitur. Si quis mere-
bitur ex condigno, id fiet, uel quia patitur
aliquid, uel quia facit aliquid. Iam, ut
Paulus dicit: non sunt condignæ passio-
nes huius temporis ad futuram gloriam.
Ita Christus ait. Cum feceritis omnia quæ-
cunque præcepta sunt uobis dicite, inuti-
les serui sumus. Breuiter cum nulla sit in
homine dignitas, quomodo quæso in eo
reperiatur meritum condigni?

Hactenus ostendimus pugnantiam Ec-
clesiæ Christi & Ecclesiæ Papisticæ in do-
ctrina legis & Euangelij, nunc accedamus
ad tertiam partem doctrinæ Ecclesiæ quæ
est de uero cultu Dei.

Ecclesia Christi edocta scriptis Prophe-
ticis & Apostolicis definit cultum Dei esse
quodlibet opus mandatum à Deo, factum
ex fide, principaliter ut glorificetur Deus.
non est enim satis opus esse mandatum, ut
fiat iuxta rationem legis, sed requiritur e-
tiam fides Euangelij, sine qua opus factum
non habet rationem cultus. Præterea ut
fides

E P I S T . II . A D

fides caussa est cultus , ita gloria Dei finis
operis erit . Concurrere ergo tria debent
in quolibet opere , ut sit cultus Dei , mate-
ria , caussa , finis . Materia est opus manda-
tum à Deo in ipsius lege & uerbo , caussa
est fides , quæ cum non adfit opus mortu-
um est . Finis est gloria Dei quem operans
respicit : quòd autem hæc necessario con-
iungenda sint in cultu Dei nunc monstra-
bimus .

Quòd oporteat opus cultus esse man-
datum , his manifestum redditur rationi-
bus .

P R I M A , Iere : In præceptis meis
ambulate & non in præceptis patrum ue-
strorum .

S E C V N D A , frustra colunt me do-
centes doctrinas mandata hominum .

T E R T I A , omnis ἐθελοθρησκεία .
Coloss . 2 . damnatur .

Ex his rationibus firmissimam colli-
gamus regulam de opere cultus , uide-
licet , quòd nihil probetur Deo , nisi
quod ipse instituit . Quare necesse est
opus , quod erit cultus , mandatum Dei
habere .

Deinde fidem necessariò in cultus ra-
tione

A D
a Dei finis
tria debet
Dei, mare-
bus manda-
erbo, cauffa
pus mortu-
um operans
ecellario con-
nunc monstra-

ulus esse man-
dditur rationi-

i præceptis meis
epis patrum ue-

colunt me do-
hominum,
Ecclesiæ Dei

milliam coll-
e cultus, vide-
tur Deo, nū
jare necesse at
mandatum Dei

io in cultus ra-
tione

THESSALON.

tione requiri, ex subiectis rationibus pa-
tebit, Paulus Rom: 14. capite ait. quic-
quid non est ex fide peccatum est, hoc est,
nullum opus est Deo acceptum, nisi fides
præluceat. Persona enim placet propter
fidem, & opus in credente persona accep-
tum est. Hebr. 11. Impossibile est placere
Deo sine fide. Etsi autem Ethnicorum po-
litica facta acceperunt remunerationem,
Tamen non placuerunt, ut cultus; nec pla-
cuerunt per se, sed propter aliud.

Cultum præterea respicere gloriam
Dei principaliter, ex Esaiæ dicto proba-
tur. Ita enim ait Propheta in persona Dei:
Omnem qui inuocat nomen meum, in
gloriam meam, formauí eum, creauí eum,
& feci eum. Si ergo finis creationis est
gloria Dei, profecto eundem finem omnis
humana actio respiciat. Paulus omnem
Ecclesiæ Dei profectum ad gloriam Dei
refert, semperque gratias Deo agit ob fœ-
licem successum in Ecclesia. Quare non
dubium est, quin uelit finem omnis actio-
nis gloriam Dei esse. Postremò si Deus
fons est omnis boni & author, decet pro-
fecto ut omnia ad illum, ut finem ultimum
referantur, iuxta illud, ex illo & per illum
& in illum omnia, ipsi gloria in secula. Etsi
autem

E P I S T . II . A D

autem Deus , siue gloria Dei finis principaliſ esse debet omnium operum piorum : Tamen minus principaleſ plures poſſunt eſſe fines , ut ordinati ad ultimum . Pius pater ſuos liberos iuuit , caſtigat , in officio retinet , ut ſint modeſti , tractabiles & honestum nomen tueantur . Verum haec omnia ſcopum habent gloriam Dei . Pius dat Eleemosynam , ut ſubleuetur penuria laborans . Sed gloriam Dei , cuius mandato obtemperat ex fide , respicit principaliſter . Atque in hunc modum p̄ij plures ſuorum actionum fines habere poſiunt , qui omnes deſtinantur gloriæ Dei ut fini ultimo . Haec ſumma ſententiæ Ecclesiæ Christi eſt , de uero cultu Dei , & eius partibus . Iam uideamus quomodo hiſ ſe opponat Romanus Pontifex . Primum in hoc errat Papa , quod iuſticiam Christianam cum cultu Dei confundat , hoc eſt , cauſam cum ſuo effectu . Eſt enim iuſticia fidei cauſa cultus , hoc eſt , obedientiæ erga Deum , quem Paulus uocat fructum iuſticiæ fidei , & Baptista fructus poenitentiæ , hoc eſt , conuerſionis . Haec confuſio horrendos errores inuexit in Eccleſiam . Nam inde factum eſt quod cauſas iuſtificationis & effecta non potuerint diſcernere , Sed ex effectis

effi
qu
de
ra
ui
ſola
ſed
nib
ſeu
cens
conf
lunt
H
ctor
parte
pio d
dicit,
illum
inuoc
tur &
tibi fi
non e
norem
hit , &
datum

D
nis princi-
n piorum;
res pollunt
num. Pius
igat, in of-
tractabiles
Verum hæc
m Dei. Pius
uer penuria
, cuius manda-
nit principali-
n pñ plures sua-
re polunt, qui
Dei ut fini ul-
tentiae Ecclesie
Dei, & eius pa-
nodo his se op-
Primum in hoc
m Christianam
hoc est, causam
m iusticia fidei
ientiae erga De-
ructum iusticie
centientiae, hoc
iustio horrendos
m. Nam inde
iustificationis &
urnere, Sed ex
effectis

THESSALON.

effectis causas fecerint, & ex causis effecta,
quod quantum sit uicium nemo non ui-
det, qui sensu communi prædictus sit.

Deinde in partibus cultus diuini aber-
rarunt foedè, quemadmodum nunc bre-
uiter declarabimus.

Materiam cultus diuini non statuerunt
sola illa opera quæ Deus nobis mandauit,
sed priorem locum dederunt suis traditio-
nibus, ut olim Pharisæi fecerunt, quos
seuerissimè Christus reprehendit, addu-
cens in medium omnium prophetarum
consentientia suffragia: Frustra inquit, co-
lunt me præceptis hominum,

Hinc enim est, quod inuocationem san-
ctorum tanquam præcipuam cultus Dei
partem urgent, & puniunt eos qui suo im-
pio decreto non obtemperant. Scriptura
dicit, Dominum Deum tuum adorabis, &
illum solum coles. Papa autem contrà,
inuocabis sanctos, ut te protegant, tuean-
tur & conseruent, ut sint tui aduocati, &
tibi suffragentur. &c. Hæc blasphemia
non est ut parua prætereunda. Nam ho-
norem Christo debitum sacrilegè ei detra-
hit, & sanctis eum attribuit, contrà man-
datum Dei, sine promissionibus diuinis,

M &

E P I S T . I I . A D

& absque piorum exemplis, qui unquam
in Ecclesia Dei extiterunt: seducti partim
spectris, partim alijs illusionibus diabo-
licis, partim quoque exemplis Ethnico-
rum, qui infinitos Deos inuocarunt, & sin-
gulos suis quibusdam officijs præfecerunt.
Hic ergo ne Christiani in hac parte uide-
rentur prophanis ethnicis inferiores, Papa
sanctorum cultus instituit, erexit templia,
altaria, statuas, ut sancti illic colerentur
missis, suffragijs, genuflexione, thure &
alijs modis, sicuti adhuc sit in Papatu, &
quædā uestigia apud nos adhuc apparent.

Alterum locum in cultu diuino apud
Papistas uota obtainent, quæ non sunt uni-
us generis. Nam apud eos sunt uota uir-
ginitatis, cælibatus, paupertatis, monacha-
tus, ieuniorum, peregrinationum, certi
numerí precularum, missarum &c. quæ
omnia ideo stulta sunt, quia & uerbo Dei
destituuntur, & commune uotum omní-
um Christianorum abolent, & cultus gra-
tia nuncupantur. An ne maxima stulticia
est quod monachi suum uotum baptismō
præferant? est ne plusquam sacrilegum,
quod uotis suis dirimant coniugia, de qui-
bus dictū est, quod Deus coniunxit homo-
ne separat. Cum igitur tanta sit impietas in
stultis

THESSALON.

stultis uotis Papistarum, quis non uidet ea ex diametro pugnare cū doctrina Christi & pīj proinde contenti sint uoto cōmuni, & si quando uouere cōtingit, non cultus causa hoc faciant, sed pietatis exercendæ gratia. Nec se in perpetuum obligent, sed ad tempus tantum caueant: præterea ne quid uoueant, quod in ipsorum manu minime est possum. Et si quid aliquando uouerunt temerè, sapienter mutēt, quod stulte decreuerunt iuxta regulam: in malis promissis rescinde fidem, & in turpi uoto muta decretum. Nam nullum est uinculum, ubi quod homo confirmat, Deus abrogat. Præterea nullum uotum obligat, quod in uoto communi, ut in genere non includitur. Id quod ex superioribus satis liquet, sed quid opus est longa refutatione in tanta Euangelij luce.

Contulimus haec tenus doctrinam Ecclesiæ Christi de lege & Euangelio, & de uero cultu Dei cum doctrina Papæ, & ostendimus Papam se manifestè Christo opponere, in omnibus doctrinæ partibus. Vnde cōcludimus quod proposuimus Papam aduersari Deo, & uerè antichristū esse, Nunc aut̄ accedemus ad secundā partem, uidelicet de sacramentis diuinis: quæ sunt

M 2 quæ-

E P I S T . II . A D

quædam aspectabiles conciones Euange-
lii, ac primùm summam sententiæ ueræ Ec-
clesiæ proponemus. Deinde etiam quan-
tum in hac re peccet Papa hostis Dei ape-
riemus.

Ecclesia Christi nullum agnoscit sacra-
mentum quod diuinitus in nouo testa-
mento institutum non sit. Nam de uete-
ribus sacramentis in politia Mosaica, non
opus est ut h̄ic aliquid dicamus.

Quoniam igitur Baptismus & cœna
Domini, & non plura in nouo testamento
diuinitus nobis sacramenta sunt commen-
data, Ecclesia Christi Baptismum & cœ-
nam sacramenta agnoscit sola & non
plura.

Definit enim Ecclesia ex uerbo Dei sa-
cramentum ceremoniam diuinitus insti-
tutam per res externas, continentem pro-
missionem gratiæ & requirentem promis-
sionis fidem, sine qua sacramenta inania
sunt, ut uerbum sine fide auditum. Re-
quiruntur proinde quatuor ad integrum
rationem sacramenti, uidelicet, institutio
diuina, res externa, uerbum promissionis,
& fides in uerbum promissionis respiciens.
Ut in baptismo est institutio diuina. Nam
& Iohannes ex mandato Dei baptizare
cepit,

THESSALON.

cepit, & Christus amandans discipulos in uniuersum mundum, iussit ut doctrinæ baptismum adiungerent. Deinde in baptismo est res externa aqua, cum immersione hominis, & pronunciatione uerborum. Præterea est promissio, nam baptizatis promittitur uita & salus propter Christum. Postremò quia omnis diuina promissio requirit fidem, necesse est etiam, ut hæc fides promissioni respondeat. Ideo dictum est: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui uero non crediderit condemnabitur. Absente igitur fide externum baptisma non est efficax. De pueris h̄ic non loquimur qui habent promissionem, quæ est in eis efficax, tametsi de ipsorum fide quomodo in eis existat, nihil certi statuere possumus. Sed fidē illis quoque tribuit Christus, Matth. 18. Cum inquit: Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui IN ME CREDUNT &c. Ad eundem modum in coena Domini est uerbum mandati. Vnde Paulus: quod accepi à Domino, hoc & uobis tradidi &c. & Christus, hoc facite in mei commemorationem. Deinde res externa, est panis & uīnum, præterea totum spectaculum est promissionis quædam significatio, quæ etiam

M 3 dñe

E P I S T . II . A D

disertè exprimitur in cœnæ institutione.
De pane enim dicit, hoc est corpus meum,
quod dabitur pro uobis, & de uino, hic
est sanguis noui testamenti qui effun-
ditur pro uobis, & pro multis in remis-
sionem peccatorum. Postremò hæc pro-
missionis additæ in ipsa cœna. Hanc
fidem qui non adfert impuro suo rostro
corpus & sanguinem Domini contaminat
sibi in certum iudicium : nisi resipiscat.
Hæc ita se habere facile intelligit, qui sa-
cramenta conciones Euangelij esse nouit.
Nam ut Baptismus concionatur de ablu-
tione nostri per sanguinem Christi , ita
cœna concionatur quod Christus sit cre-
dentibus cibus & potus , quo cibo & quo
potu anima alitur & recreatur ad uitam
æternam. Hoc pulcherrimè symbolis sig-
nificatur. Habent enim signa sacramenta-
lia semper comparationem quandam ad
res quæ sacramentis exhibentur. Augusti-
nus enim dicit : Si Sacra menta quandam
similitudinem earum rerum quarum sa-
cramenta sunt non haberent, omnino sa-
cramenta non essent. Hanc ob rem signa
sacramentalia symbola non ineptè dicun-
tur, Est enim quædam analogia rei ex-
ternæ

THESSALON.

ternæ seu signi ad rem signatam, propter quam analogiam Symboli nomen sacramentis attribuitur. Symbolum enim παρὰ τὸ συμβάλλειν, id est, à conferendo seu comparando dicitur. Ecclesia igitur in hunc modum analogiam signorum sacramentalium ex Evangelio explicat. Sicut aqua foris exhibita abluit sordes corporis, Ita sanguis Christi intus abluit conscientiam à peccatis mortuis, & sicut panis externum hominem pascit, & uinum reficit & exhilarat: Ita corpus Christi interiorum hominem alit, & sanguis Christi eundem reficit & exhilarat, modo fides uerè sentiatur. Quòd igitur in Ecclesiam recipimus per baptismum ac Christo inserimur, in eoque regeneramur & à peccatis emundamur, non nisi corporis Christi beneficio consequimur, quo induimur, & sanguinis quo abluimur. Quòd uero per baptismū insiti in eodem alimur, fouemur, & sustentamur, id denuò nullo consequimur alio beneficio, quam corporis & sanguinis Christi. Quòd ergo nobis in baptismo tegumentū est, & emundatio, in coena cibus est & potus, atq; ut aliud est gigni atq; renasci, aliud ali & educari, Ita aliud est in nouā uitam renasci, & aliud in eodem sustentari

M 4 &

E P I S T . II . A D

& crescere. Præcedit enim natuitas, sequitur educatio, id quod pulcherrimè symbolis sacramentalibus significatur. Nihil proinde aliud docent sacramenta Euangeli, quam uerbum Euangeli, nisi quod modus diuersus sit in nostrum bonum, ut utroque uerbo, hoc est externa uoce Euangeli, & eiusdem sacramento in schola Christi erudiamur, alamur & crescamus.

De præsentia Christi in utroque sacramento nullus piorum unquam dubitauit. Nam & Paulus dicit, quotquot baptizati sunt Christum induerunt, & Christus porrigenus panem dicit, hoc est corpus meum, porrigenus calicem dicit, hic est sanguis meus. Quomodo autem utrobique sit corpus Christi non ignorat, qui & uerbis factis Christi credit. Quia igitur uerbis Domini credit Ecclesia, statuit uerè adesse corpus & sanguinem Christi in coena, sic enim promisit qui mentiri nequit. Præterea quia factis Christi credit Ecclesia, statuit præsentiae modum non naturalem esse, sed supernaturalem, ut Lutherus Christi seruus loquitur. Naturaliter enim sedebat ad mensam, quando manibus porrexit discipulis corpus suum & sanguinem suum

suur
tiām
præ
con
367.
corp
estel
tia co
iste ni
datus
ad m
tam
tice mo
sine fo
quod
rem he
ritatem
sum ue
leuolor
mīhi in
tentus,
occupa
uerlus
vincet
De
minica
Consec
quam

THESSALON.

suum. Verbis igitur docet Christus præsentiam corporis & sanguinis sui, factis uero præsentiae modum. Cum hac confessione congruit dictum Ambrosij Tom. 4. pag. 367. in illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Non ergo corporalis est esca sed spiritualis est. Cum hanc sententia congruit & dictum Bernhardi. Cibus iste non est uentris, sed mentis, non est enim datus ad ruinas huius uitæ, quæ uapor est ad modicum parens, sed ad æternam uitam animæ conferendam. Hæc de præsentiae modo dicta sint, quæ cupio à fratribus sine sophistica accipi. Deum enim testor quod nihil Οὐλονικεῖς agam, nihil in saurorem hominum faciam, sed simplicem ueritatem quærar, & perpetuum consensum ueræ Ecclesiæ filij Dei anteferam maleuolorum quorundam clamoribus, qui mihi insidiantur. Hac conscientia contentus, feram uolente Deo quicquid uel occupati alia sententia, uel maligni aduersus me moliantur, Veritas tandem uincet,

De consecratione præsertim cœnæ Dominicæ sic etiam ex uerbo Dei p̄ij sentiunt. Consecratio panis & uini non sit aliter, quam consecratio aquæ baptismi. Nam

M 5 ut hæc

E P I S T . II . A D

ut hæc consecrata dicitur cum separatur à
communi usu, & usui baptismi applicatur,
Ita pānis & uīnum separata à communi
usu, & destinata cœnæ Domini consecrata
habentur. Idque uirtute summi sacerdotis
Dei & hominis Iesu Christi, qui baptismū
& cœnam instituit. Nihil enim aliud cōse-
crare est, quām rem communem usui sacro
dedicare. Proinde hæc consecratio fit obe-
dientia erga Christum cœnæ institutorem,
per prædicationem beneficiorum Christi,
per preces & gratiarum actionem & per
pium usum huius sacratissimæ cœnæ, nec
aliud uult Augustinus cum dicit, accedat
uerbum ad elementum & fit sacramentum.
Nam Augustinus non intelligit uerbum
superstitione magica prolatum, sed uer-
bum Dei instituentis & promittentis, &
uerbum creditum &c. ut ipse Augustinus
se interpretatur.

De probatione eius qui hac cœna cum
fructu uti uelit hoc sentit Ecclesia. Qui
reuerenter in timore Dei, uera fiducia &
cum pio proposito accedit hanc sacram
cœnam, probatus & dignus censendus est.
Nam hic & gratias agit Deo pro filio exhi-
bito, & intelligit sacramento isto accom-
modari sibi beneficia Christi.

Hacte-

THESSALON.

Hactenus breuiter de sacramentis Ecclesiae Christi diximus, Nunc monstrandum est, quid in hac parte peccetur à Papistis. An Papa hīc Christo & eius sponsæ Ecclesiae aduersetur nec ne.

Etsi autem magister sententiarum ex Augustino nonnulla de sacramentis haud $\pi\gamma\sigma\delta\iota\omega\sigma\alpha$ dicit: Tamen postea in numero sacramentorum & in singulorum explicatione multum aberrat. Deinde post illum secuti commentatores, plerique questionum quidem numerum augent, sed rem ipsam magis pervertunt, & sacramentorum ueram rationem inutilibus disputationibus euertunt, omniaque miserè confundunt.

Numerant sacramenta, secundum magistrum suum, septem, quæ sunt baptismus, confirmatio, panis benedictio, id est, Eucharistia, poenitentia, unctione extrema, ordo, coniugium. Ex his septem, primum & tertium, hoc est, baptismus & coena Domini, plenam sacramentorum rationem obtinent, (de ordine quid sit sentendum suo loco dicam.) Nam hæc duo habent mandatum Dei, res sunt aspectabiles, habent promissionem gratiæ noui testamenti; quæ promissio fidem requirit, sicuti

Hacte

E P I S T . II . A D

sicuti supra demonstratum est. Quæ autem
his adduntur , sacramenta non sunt sicuti
mox patebit.

Baptismus , ut initiale sacramentum,
etsi rectè primo loco ponitur à Papistis, ta-
men postea indignissimè uotis monasticis
inferior iudicatur. quòd autem dicunt
baptismum conferre gratiam , recipi po-
test, modò interpretatio non pugnet cum
principio. Principium est immotum, quod
solus Deus sit Deus gratiæ & pacis in Chri-
sto Iesu. Si ergo in hunc modum accipia-
mus dictum. Baptismus confert gratiam,
hoc est, Deus per dispensationem baptismi
offert, & obsignat gratiam , recipio di-
ctum. Verbo enim offertur tantum gra-
tia , Sacramento uero & offertur & obsig-
natur, modò fides in utente sacramento
non defuerit. De infantibus singulare est
Priuilegium. Verùm si hoc modo acce-
peris dictum. Baptismus confert gratiam:
hoc est , sua uirtute facit homines gratiæ
participes , seu ut interpretantur Papistæ,
sanctificat per se , interpretatio cum prin-
cipio pugnat , atque ideo falsa & erronea
est iudicanda. Iam porrò uideamus an
Papa se Christo opponat in dispensatione
huius sacramenti.

Christus

THESSALON.

Christus amandat discipulos, ut uoce
& baptismo doceant Euangelium, Ideoq;
iubet baptizare omnes gentes. Quare non
lingua peregrina, & ijs ignota quos doce-
rent, fieri debuit. Quis enim doceri po-
test ea lingua quam no*n* intelligit. Sed quid
hic Papa? Euangelium uoce non docet,
sicuti supra satis ostensum est, sed partem
tantum legis, & sua decreta quae in locum
Euangelij substituit. Deinde, ut concio
Euangelij quae peragitur Baptismo minus
efficax sit, baptismum peregrina, hoc est,
latina lingua mandat peragi, etiam in ijs
nationibus quibus latina lingua prorsus
barbara est. Et eos qui impio suo decreto
non obtemperant grauiissimis poenis, tan-
quam haereticos punit. An non hoc est se
Christo opponere? An non hoc est par-
tem Euangelij, immo ipsum Euangelium
totum alto silentio obruere, ne homines il-
lud discant ac salui fiant?

Aquam baptisimi exorcisant in contu-
meliam Christi, qui, cum baptizaretur ip-
se, omnes aquas ita consecravit, ut sint ido-
neae baptismo peragendo.

Addunt praeterea multas ineptias. Sa-
crificulus impuro habitu, & saliu*s* saep*e* in-
fantes

Christus

E P I S T . I I . A D

fantes inficit. Fiunt iuocationes sanctorum, recitantur exorcismi magici salis, unctionis uerterunt uertex baptizandi oleo sacro, quae omnia contaminant non parum baptismum, & Christi institutionem quodammodo foedant: Qui uult nos contentos esse suo simplici mandato sine additamentis humanis.

Quum docent baptismum abolere peccatum originale tantum, & non reliqua, dupliciter peccant. Primum enim tribuant baptismum, quod est solius sanguinis Christi. Sanguis enim Christi emundat nos ab omni peccato. Cuius emundationis baptismus efficax symbolum est. Deinde cum dicunt actualia peccata non aboleri baptismum, reuera hoc uolunt, quod sanguine Christi non aboleantur nisi originale peccatum, reliqua reseruentur satisfactionibus fictitijs. Quid queso hoc aliud est, quam Christum rursus sepelire, quam uerum usum baptismi abolere, quam Euangeliū turpisimo cœno fœdere? An hæc p̄ijs ferenda est iniuria, retinet Papa baptismum, sed suis additamentis foedatum. Baptismum fatetur sacramentum, sed eius uerum usum abulet. Dum Christo perfidè detrahit, quod baptis-

T H E S S A L O N.

baptismus ei tribuendum manifesto signo declarat.

Secundum locum inter Sacra menta Papæ obtinet confirmatio, quæ si ritè per ageretur, ut tempore Apostolorum, & deinde multis annis, non tam Sacramen tum esset, quam pars disciplinæ utilis in Ecclesia. Non uetus confirmatio nihil aliud fuit, quam examinatio eorum, qui infantes receperunt baptismum, ut iam adulti facti redderent rationem fidei suæ, & testarentur propria uoce se Christo dedisse nomina, quemadmodum Ecclesia illorum nomine olim promiserat, dum baptismus eis conferretur. Hac confessio ne edita & facta promissione de perseuerantia in Christi fide, Episcopus eos confirmabat, docendo, admonendo, consolando, exhortando. Hic ritus fuit utilis disciplina, in cuius locum apud nos successit examen Catechesios ante sumptionem coenæ Dominicæ, sicuti infrâ dicendum erit.

Sed quid hîc Papa & ueterem ritum qui utilissimus fuit abolet, & nomen tantum eius retinet. Deinde facit ex confirmatione sua sacramentum Ecclesiæ, quod impudenter dicunt plenius esse baptismum.

Nam

E P I S T . II . A D

Nam hæc sunt uerba Lombardi Coryphæi Papistarum. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum post baptismum accipere debent spiritum sanctum, ut pleni Christiani inueniantur. En blasphemiam , baptismo adimunt spiritum sanctum , quem Episcopus in sua manu habet , ut det cui uult. Plenum Christianismi signum adimunt baptismo , & tribuunt suo fictitio sacramento.

Sed age uideamus quale sit Papistis sacramentum confirmatio. De quo quatuor potissimum docent. Primum à quo hoc sacramentum conferri possit, Deinde quod sit eius elementum, Tertio, quæ forma. Postremo, quæ uirtus & efficacia.

Quantum ad eum qui conferre possit hoc sacramētum, constanter dicunt, quod non possit conferri, nisi à summo sacerdote. Nam si aliter (ait Lombardus) præsumptum fuerit , irritum habetur & uacuum , nec inter Ecclesiastica reputabitur sacramenta. Quid quæso hoc decretum sibi uult ? Baptismus potest apud Papistas à quouis conferri sacrificulo , modo tantum latīnè possit pronunciare exorcismos, & uerba baptismi, etiamsi ea non intelligat.

Cory.
per ma-
poli bap-
sanum,
En bla:
spiritum
ua manu
Christia-
mo, & tri-

Papistis sa-
uo quatuor
& quo hoc
Deinde quod
, que forma,
catia,

conferre posse
dicunt quod
mmo sacerdo-
tibus) præ-
abenur & va-
a reputabitur
hoc decretum
et apud Pap-
iculo, modo
ciare exorcil-
mnia non in-
velligat.

THESSALON.

telligat. Verùm hoc augustum, si dñs pla-
cet, Papæ sacramentum nemo administra-
re potest, nisi summus sacerdos. Hoc est
mitratus aliquis apostaticus, (Apostolicus
uolebam dicere) hoc est Episcopus. Vide
quæso quanta contumelia hîc fit Christo,
ac ipsius sacro baptismati. Christi sacra-
mentum tam cōtemtibile habetur, ut pos-
sit à quouis conferri, contrà uero Papæ
sacramentum in tanto precio & honore
habetur, ut nephias sit illud administrari
nisi à summo Pontifice? An non hoc est
baptismum cœno obruere, & pigmentum
Papæ in cœlum tollere? An non hoc est
manifestè baptismum abolere? An non
hoc est Christum in ordinem redigere, ut
ipse cum suo sacramento infrâ scabellum
pedum Papæ abiectus iaceat? Quis hæc
cogitans non exhorrescit? Papa, tanquam
uictoria parta in Ecclesiam, imperium
Christo adimit, & sibi sacrilegè assumit
authoritatem ordinandi sacramenta in Ec-
clesia Dei, quæ anteponit sacramentis
Christi.

Secundo loco elementi confirmationis
meminerunt Papistæ, quod dicunt esse
Chrisma, hoc est unguentum seu oleum.
Hoc autem Chrisma, ut non esset commu-

N ne, à

EPIST. II. AD

ne, à Papa uel Archiepiscopo consecrari debuit, & magno precio haberí propter spiritum sanctum, quem in se inclusum per adiurationem consecrantis haberet. Vide quanta temeritas. Puluis & cihis audet Ecclesiæ noua sacramentalia signa obtrudere. Audet suo pigmento sacramenti titulum tribuere. Qua hoc authoritate facit Papa: nisi quod Filius iste perditionis aduersarius Christi, uelit facto declarare se esse supra Deum, & omnem religionem, ut in templo Dei sedeat ostentans se quod sit Deus. Hoc diuus Paulus longè antea præuidit, monuitque ut ab ipsius imposituris nobis caueamus.

Forma sequitur Papalis sacramenti confirmationis. De qua forma Lombar-dus in hunc modum: Forma apertè est, scilicet, uerba quæ dicit Episcopus cum baptizatos in frontibus sacro signat Christate: Quid hac forma deformius: deformat enim baptismus Christi, & uerum unguentum, quo uncti sunt baptizati, hoc est spiritum sanctum, sua foeda amurca contaminat, in qua se inclusum habere spiritum sanctum stultè existimat. Nam spiritus sanctus non est alligatus ordina-tioni-

D
consecrari
i propter
inclusum
haberet.
V cinis au-
signa ob-
acramenti
bonitate fa-
perditionis
declarare se
religionem,
ans se quod
longe antea
plus impo-

s sacramenti
ma Lombar-
na aperte est,
viscopus cum
signat Christi
formius: de-
sti, & uestum
c baptizati,
a foeda amur-
ussum habere
firmitate. Nam
atus ordina-
tioni

THESSALON.

tionibus humanis, quæ diuino ordinis aduersantur, sed potius spiritus Sathanæ, cuius instinctu Pontificij se Christo & eius ordinationibus opponunt. Sed quid opus est multis? Cum prijs omnibus constet sathanicam illusionem esse formam istam confirmationis, ut quæ ueram, utilem & salutarem confirmationem aboleat.

Quarto loco uirtutem huius sacramenti docent. Ita enim aiunt: *Virtus* huius sacramenti est donatio spiritus sancti ad robur. Hoc quam uanum sit ex eo apparet, quod spiritus sanctus emittatur a Deo in corda credentium, iuxta Pauli doctrinam. Qui ergo credit, spiritum sanctum habet, qui suam præsentiam testatur, dum excitat motus in hominibus congruentes cum lege & uoluntate Dei, dum impellit ad orandum, & ad pietatis & charitatis officia. Qui confirmat nos, ait Paulus, in Christo, & qui unxit nos Deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Hoc signo, hoc unguento, hoc signaculo, & pignore, contenta est Ecclesia Christi. Non querit robur a mortuo unguento, quo suos iniungit Antichristus,

N 2 sed

E P I S T . II . A D
Sed ut sponsa Christi sui sponsi balsamo læ-
tatur & exhilaratur.

Tertium sacramentum Papistis est be-
neditio panis , de quo sacramento quid
Ecclesia Christi sentiat supra dictum est,
hic aperiemus quomodo Papa se Christo
opponat in huius sacramenti dispensatio-
ne. Quò autem hoc fiat commodius, pri-
mùm dicemus de missa. Nam hoc nomen
cœnæ tribuerunt , Deinde de abusu conse-
crati panis extra missam.

Interest profectò omnium piorum to-
to pectore execrari sacræ cœnæ prophana-
tiones, quæ in ista cernuntur missa, Quæ
abominabilius idolum est , quam ullum
Ethnicum idolum unquam fuit, ut autem
distinctius appareat abominatione Dei Ma-
osim , ordine causas recitabo , cur istud
idolum meritò fugiendum sit.

P R I M A , missa Papistica est ad tur-
pem quæstum & abominationem prosti-
tuta , & tanquam turpissima χαρακτή-
undecunque quæstum occipit , non tan-
tum regibus mundi & principibus suc-
cumbit , uerum etiam suibus & canibus ,
qui eius abominabili complexu oblectan-
tur,

tur
nul
nul
tro
na
ha
ma
mer
tori
turr
Qu
hoc
missa
possi
lunt
turp

S.
Dom
sacrile
dato
cludi
petu
rati
calici
sti uic
calice
bet, n

T H E S S A L O N.

etur, adeò dulce lucrum est isti meritrici ut nullius amplexus defugiat. Virgo si uult nubere ad hanc confugit pronubam. Matrona cupiens parere feliciter, hanc Lucinam implorat. Si cui porcus ægrotat, ab hac petit opem. Si nauigandum, hæc prima nauem concendet. Breuiter huius meritricis præsidio, sed pecunia prostitutori sacrificulo numerata, nemo non tutum se in regno Antichristi arbitratur. Quid est prophanare sacram coenam, si hoc non est? Prætexant quidquid uelint missatici patroni, & laudent quantum possint, qui istam mercem extrudere uolunt: Tamen reuera omni abominatione turpior est missatica meritrix.

S E C V N D A , coena quam instituit Dominus & sanxit suo perpetuo mandato sacrilegè mutilata est. Christus cuius mandato obtemperant angeli, hic prorsus excluditur. Nam quod ipse instituit in perpetuum suum testimonium, impiè suffurati sunt, arcentes laicos à participatione calicis. An non hoc est testamentum Christi uiolari, & reuocare? Is uult omnes de calice bibere, quod Papa sacrilegè prohibet, manifestè testamentum filij Dei pedi-

N 3 bus

EPIST. II. AD
bus conculcans, & suum idolum in locum
testamenti Christi substituens.

TER TIA, Missa Papalis coenam Do-
minicam manifeste in alienam formam
conuertit. Nam in ea unus seorsum suum
habet epulum, abolita communicatione,
& ordinatione Christi, & eius Apostoli
Pauli. Quod sanè perinde est, ac si unus
subinde seipsum sacro Baptismate ablue-
ret. Age quid potest absurdius cogitari &
quid potest magis contumeliosum esse ad-
uersus coenæ institutorem?

QVARTA, in Missa Papali nulla fit
mysterij expositio, sed murmur incanta-
tioni magicæ, & nefandis gentium sacrissimis
potius quam Domini instituto conueniens.
Iustinus martyr refert ritum similem
seruatum fuisse olim in sacris solis, (quem
μίθραν sacerdotes ipsius uocarunt.) in
his solis sacris usus panis & aquæ fuit,
sed nulla vox à spectatoribus audiebatur
nisi hæc, ἡ ἐπίσαθε ἡ μαδηπ δῶναθε. Hoc
est, aut nostis aut discere potestis. Ab his
sacrificulis solis suum missandi ritum,
& non à Christo accepisse Papistas sole
ipso clarius est. In Missis quando cantus
adhi-

THESSALON.

adhibetur satis boatur, sed ubi uentum est ad coenæ mysterium, solus sacrificulus mussitat, & cauet ne ab ullis audiatur nisi unica syllaba N O, quod tamen fit post incantationem panis & uini, & post eleuationem, & histrionicam panis circa calicem agitationem,

QVINTA, habet Missa Papistica multas ceremonias ineptiarum histrioniarum & superstitionis plenas, quibus manifestè fœdari sacram coenam uel pueris piè educatis notum est.

SEXTA, Missa ista culinaria ad miseros homines carnali fiducia inebriantos aptatur, & tanquam expiatio Deo opponitur: Nam eo usque res tandem deuenit, quod homines poculo meretricis Babylonicæ inebrati, auditu Misæ seu potius inspectione Histrionica saltationis armari se putant, & aduersus Deum, tanquam tuto præsidio muniti, multo licentius peccare audent, & obstinatiores redduntur.

SEPTIMA, coena instituta fuit ut sit sacramentum, quod cum administratur

N 4 fiant

E P I S T . II . A D

fiant gratiarum actiones, uerùm Papa inde sacrificium facit meritorum pro uiuis & mortuis, & ut sacrificij forma conspicetur, panem magico ritu consecratum, (nam ut referrent magicam superstitionem addita una uocula enim, ter sufflando crucem in panem dixerunt, hoc est enim corpus meum.) primum leuat sacrificulus supra caput, ut responderet sacrificio leuitico therumati (quod à leuando nomen habet) deinde agitat panem supra calicem in quatuor angulos, ut isto modo compararetur sacrificio ueteri thenupha, cui nomen ab agitando seu mouendo inditum fuit. Quām sit hæc κακοζηλία leuitica impia satis manifestum est, nam caret mandato Dei, plena est idolatriæ, & superstitionis, irritum facit testamentum Christi, abducit homines à morte Christi, quæ unica est hostia pro peccatis, qua consumati sunt sancti in perpetuum, breuiter in locum salutaris remedij animorum reponit tristissimum uenenum, quod cedit in certissimum interitum, omnibus iñs qui istud idolum Papæ adorant.

O C T A V A , impius canon ille, quem
ut diuinum mysterium uenerantur sacrificuli,

THESSALON.

culi, totus est conflatus ex impietate, nam
in eo multiplex idolatria conspicitur. Mer-
ita sanctorum ibi Christi merito quo-
dammodo præferuntur, obruuntur bene-
ficia Christi, Victima Christi Abolis sa-
crificio confertur, panis adoratur, fit ob-
latio panis, inuocantur sancti. Breuiter,
nihil est superstitionis & impietatis quod
in missa illa theatrica non conspicitur. Et
uidetur arte quadam sathanica inuenta, ad
obruenda beneficia Christi ad tollendam
uirtutem uictimæ unici sacerdotis nostri
Christi. An non hoc est se Christo oppo-
nere? Qui ergo sapis fuge Deum istum
Maoism, & apud simplicem institutionem
Christi maneto constans, nam qui Christi
uerbo contentus est, à uia salutis errare non
potest. Ipse enim solus est uia ueritas & ui-
ta. Qui ergo in ea manet non abertat, non
fallitur, non moritur.

Porro abusus consecrati panis extra
missam, plenus est idolomania. Repo-
nunt panem in monstrantiam, ut uocant,
accendunt candelas, procumbunt coram
pane, circumgestant panem Ethnico mo-
re. Breuiter ut Deum colunt mucidum
panem & à uermibus sæpè corrosum. Hæc
impietas cum tanta sit, ut omnibus pñs

N S meritò

EPIST. II. AD

meritò sit fugienda , tanquam idolum
planè diabolicum, frustrà configiunt Pa-
pistæ ad miracula quibus suam idolo-
maniam confirmari putant. Perinde enim
est istum panem adorare , atque apin
Aegyptiacam , aut serpentes & feles.

Sacramentum poenitentiæ quartum lo-
cum inter Papalia sacramenta occupat.
uerùm si Petro Apostolo credimus ba-
ptismus sacramentum est poenitentiæ.
Nam compunctis corde præcipit ut pœ-
nitentiam agant , siue conuertantur &
baptizentur in remissionem peccatorum,
significans baptismum esse sacramentum,
quo Deus ob-signet remissionem peccato-
rum poenitentibus , Papistæ fortè intelli-
gunt suam poenitentiam , (quam sacra-
mentum uolunt) de ea quæ fit post con-
uersionem , & suscepit baptismum , ui-
delicet cum homo baptizatus labitur in
peccatum , tunc enim poenitentiam re-
quirunt , quam propter manuum impos-
itionem & absolutionis formam sacra-
mentum nominant . Neque hoc pacto
poenitentia ipsa sacramentum erit , sed ad
ipsum baptisma recurrentum est , non ut
quis rebaptizetur , sed ut pactum Dei cum
homine in baptismo peractum recolat .

Qui

Qui
eius
nite
rit.
catu
fum
pecca
mento
pitiae
niten
tione
bapti
tionis
moniu
Se
pistæ,
tiām ol
confarc
tandem
sacrame
num hu
gufinc
num g
tuit, &
sacram
& tanc
se igno
stantur,

T H E S S A L O N.

Qui baptismus est testimonium ablutionis eius à peccato qui crediderit, & uera pœnitentia ad fontem misericordiae confugerit. Iuxta illud: si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non ergo nouo sacramento indigemus, qui unico Christo propitiatore contenti sumus, sed perpetua pœnitentia peccatorum, quæ nitiuntur propitiatione Christi, & confirmatur cogitatione baptismi nostri, qui est perpetuum ablutionis nostri per sanguinem Christi testimonium & sacramentum.

Sed quibus fundamentis nütuntur Par pistæ, qui nobis sacramentum pœnitentiam obtrudunt? Multa & inextricabilia confariunt ex patribus de pœnitentia, sed tandem ubi concludendum est de hoc sacramento, ipsis se confodiunt dum signum huius sacramenti quærunt. Ex Augustino dídicerunt sacramentum esse signum gratiæ, hic alius aliud signum statuit, & satis ineptos se esse declarant, dum sacramentum docent esse pœnitentiam, & tandem elementum huius sacramenti se ignorare suis multis conjecturis attestantur.

Hic

E P I S T . II . A D

Hic locus postularet , ut de carnificina
illa conscientiarum , quæ sub isto Papali
sacramento latet dicerem. Requirunt enu-
merationem peccatorum cum omnibus
suis circumstantijs , requirunt contritio-
nem sufficientem , quæ suo merito possit
abolere peccatum , requirunt satisfactio-
nem operis : quibus nihil aliud efficiunt,
quàm quòd iniçiant laqueos conscientijs ,
& obruant Euangelium Iesu Christi suis
satisfactionibus , absolutionibus , & abso-
lutionum mitigationibus per indulgen-
tias , quibus non magis conuenit cum Eu-
angelio , quàm Christo cum Belial , & luci
cum tenebris. Nam cum fidem excludunt
à pœnitentia , nonne apertè Christum ex-
cludunt & cum mittunt nos ad satisfactio-
nem pro peccatis , an nō sanguinem Chri-
sti conculcant pedibus dum meritis San-
ctorum remittunt peccata , an non meri-
tum Iesu Christi impiè & nephariè repu-
diant ? Dum indulgentias habent ue-
nales quibus remediantur satisfactiones ,
an non satis produnt quo spiritu ducan-
tur &

Quintum Sacramentum Papale est un-
ctio infirmorum , de quo cum produ-
cunt testimonium sancti Iacobi , putant
se satis

THESSALON.

Se satis muniuisse suum pigmentum. Iacobí uerba sunt hæc: Infirmitur quis in uobis accersat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum ungentes in oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit dimittentur ei. Hæc sunt Iacobí uerba, quibus resertur ritus Ecclesiæ, dum adhuc miraculis locus fuit, quæ cum nūc cessarunt stultè retinetur sine miraculis ceremonia. Illi enim ungebant, ut miraculis ad preces presbyterorum sanaretur ægrotus, nostri uero ungunt, non nisi eos, quos uident in agone mortis esse. Nam si Christus unctionem istam uoluisse perpetuum Ecclesiæ suæ sacramentum esse, serio commendasset Apostolis eius dispensationem.

Quid referam de cōtumelia quæ Christi sanguini fit hac unctione? Nam quicquid illico uisu delictum, quicquid delectatione uocis admissum, quicquid odore superfluo contractum, quidquid ociosa locutione peccatum, quicquid illico opere peractum, quicquid superbo incesu commissum fuit, hoc totum per unctionem suam expiari uoluerunt, Quæ quæso insania hæc est? tribuunt rancido

oleo

EPIST. II. AD

oleo eam uirtutem quæ est solius sanguinis
Iesu Christi. Tribuunt creaturæ quod est
creatoris: Tribuunt suo pigmento, quod
est unici mediatoris Domini nostri Iesu
Christi. An hoc est uicarium Christi age-
re in terris? An non potius Sathanæ est,
qui uoluit supra Christum esse, & ab eo
adorari? Certè qui hîc non agnoscit
Antichristi characterem, planè cœrcus
est.

Sextum Papale sacramentum est or-
do, de quo quid sentiat Ecclesia Christi
breuiter explicandum est. Ordinem uo-
camus uocationem & ordinationem ad
ministerium Ecclesiasticum. In personis
quæ uocantur requiritur honestas uitæ,
morum grauitas, cognitio doctrinæ Eccle-
siæ, Donum docendi, & ætas tanto mi-
nisterio conueniens. Vocatio relinquitur
libera Ecclesiæ, ita tamen ut Pastores &
Episcopi quilibet suo loco examinandi
& explorandi potestatem habeant. Vo-
catus & examinatus ordinatur Aposto-
lico more. Primum fiunt preces pro or-
dinando, deinde recitantur lectiones sa-
cræ de ministerio uerbi, requiritur ab
ordinando ut promittat fidelitatem in
ministerio. Quo facto imponit pres-
byte-

THE SALSON.

hyterium ordinando manus cum inuocatione nominis Dei super ipsum, tandem commendatur Deo, atque ita ablegatur ad Ecclesiam cuius minister esse debet.

Hac simplicitate fuere contenti Apostoli Christi, & eorum proximi successores. Verum Papa pompam querit & maiorem splendorem, qui incurrat in oculos hominum. Atque ideo non solum plures gradus officiorum sacrorum excogitauit, Verum etiam plurimas adiecit ceremonias, easque ineptiores, quam ut eas referre libeat. Quæ cum satis ostendunt Papam à Christo defecisse, Nolo longiori oratione istas nugas persequi.

Septimum Papalium sacramentorum est coniugium. Etsi autem Ecclesia Christi agnoscit cōiugium esse ordinationem Dei, & cum Paulo fatetur coniugium esse honorable in omnibus, hoc est thorum castum & coniugalem cōcessum esse omnibus ordinibus hominum: Tamen non existimat coniugium sacramentum noui testamenti esse, quia non habet promissionem gratiæ noui testamenti annexam: neque præterea sacramentū est, quia iuxta Paulum est mysteriū arcangeli copule Christi & eius Ecclesiæ.

Nam

EPIST. II. AD

Nam si omnia, quæ arcanae significations
habent, essent sacramenta, infinita profe-
ctò forent sacramenta. Sol hic aspectabi-
lis est signum quoddam arcanum & ue-
luti mysterium solis inuisibilis Iesu Chri-
sti, sicut ex Psalmo quodam patet. Radij
solares signant efficaciam uirtutis Christi.
Hic ignis uisibilis figurat spiritus sancti
efficaciam in cordibus credentium. Sab-
batum sacramentum est quietis Domini
in sepulchro, & perpetuæ quietis beato-
rum in æterna uita. Ad eundem modum
multa numerari possunt sacramenta. Quæ
tametsi sacramenta dici possunt: Tamen
sacramentorum noui testamenti rationem
non habent. Nam peculiare mandatum
ceremoniæ non est expressum Dei uerbo.
Non annexa est promissio noui testamen-
ti, ex quo & quartum sequitur quòd fides
promissionis non hîc requiratur. Cum er-
go ea quæ requirit ratio sacramenti noui
testamenti hîc non inueniantur, non po-
test coniugium inter sacramenta Ecclesiæ
numerari.

Sed qui fit quòd Papa nolit istud suum
sacramentum esse commune toti Ecclesiæ
si est iuxta illum sacramentum Ecclesiæ
coniugium, cur interdicit sacerdotibus

con-

T H E S S A L O N.

coniugium & spiritus sanctus pronunciat
coniugium honorabile esse inter omnes,
Papa autem, ut se manifestū hostem Chri-
sti declaret, suis interdicit coniugium, & ut
non videatur scripturæ testimonio desti-
tui, adducit suo more dictum Pauli Rom.
8. qui in carne sunt Deo placere non pos-
sunt, quasi Apostolus h̄ic ageret de ope-
ribus naturæ simpliciter, & non potius de
operibus carnis, hoc est uiciosæ & corrup-
tæ naturæ, perturbantibus & destruenti-
bus ordinem diuinum in natura, qualia
sunt illa opera quæ Paulus enumerat Gala:
5. opponamus igitur Papæ ordinationem
Dei quam omnibus liberam esse uult. op-
ponamus & illi Paulum, qui prohibitio-
nem coniugij definit doctrinam esse dæ-
moniorum.

Habent & aliud Papistæ refugium, uo-
lunt sacerdotes in perfectioni & digniori
uitæ statu uiuere. Iam autem pro confessio
habent virginitatis & coelibatus statum
meliorum esse, & digniorem statu coniu-
gali. Vnde suum decretum de coelibatu
sacerdotum concludunt. Si tam facile esset
donum continentiae dare, quam conclu-
dere, uideretur aliquid habere momenti
eorum conclusio. Sed orationibus aiunt

O impe-

E P I S T . I I . A D

Impetranda est castitas. Age ubi est promissio quod Deus uelit istam largiri: promittere perpetuum coelibatum, & non habere rationem humanae fragilitatis, & infidiarum diaboli summa est amentia. Omnes p̄ij norunt ea quae ad hanc uitam spectant petenda esse cum conditio-
ne. Quare nemo certus esse potest de impe-
tranda perpetua castitate, proinde stultus
est, & qui eam requirit & qui eam uouet.

Iam uideamus principium seu funda-
mentum, quo Papistæ nituntur. coelibatus inquiunt status est melior & dignior
coniugali statu. à quo magistro hoc didi-
cerunt: certè non à Deo qui matrimo-
nium in Paradiso sanxit. Paulus (inqui-
unt) 1. Corinth. 7. præfert uirginitatem &
coelibatum coniugio, inter alia enim ita
ait: Qui non iungit melius facit. Respon-
deo coelibatum non esse meliorem coniugio ἀπλῶς sed κατατί. Hoc est non boni-
tate operis, sed usu, idque non semper, nec
in omnibus, quemadmodum Paulus aperi-
tè docet. Qui abstinet à coniugio sine ca-
stitatis dono, quomodo sollicitus sit facere
ea quæ sunt Domini, ut placeat Deo,appa-
ret in uita Sodomitica monachorum, &
monialium, apparet in turpissimis mori-
bus

D
THESSALON.

bus sacrificiorum, qui omni genere libidinum se foedissimè pollunt. Faceant igitur Papistæ cum suo impuro coelibatu, & tum demum imponant sacerdotibus coelibatum, ubi à Deo fuerint certiores facti, quod uelit omanibus ratis & unctis donum conferre castitatis.

Hactenus ostendimus quomodo Papa Christo aduersetur in diuinis sacramentis: peruerit ueram sacramentorum rationem: auget sua temeritate sacramentorum numerum, deprauat uera sacramenta, & à uero fine & usu sacramentorum aberrat, nunc de tertio, in quo proposuimus Christo Papam aduersari, hoc est de ritibus humanis agendum est.

Ritus humanos qui faciunt ad ordinem & εὐχαριστίαν piā, in Ecclesia non improbant pī, sed eis suum locum tribuunt, infra opera tamen cultus & sacramenta, atque eos retinendos iudicant decori, & ordinis causa. Decori quidem, ut excitemur ad pietatem istis adminiculis, ut modestia & grauitas in pietatis exercitijs eluceat; ordinis uero, ut præsidentes habeant certam agendi regulam, ut auditores assuefiant ad obedientiam & disciplinam, ut bene complicito Ecclesiæ statu paci & tranquillitati

O 2 con-

E P I S T . II . A D

consulatur. Huiusmodi ritus ordinare potest Ecclesia, & mutare si quando uisum fuerit. Nam Ecclesia habet potestatem in ædificationem, & habet mandatum in genere, 1. Corinth. 14. omnia fiant ordine, & decenter.

Quid in hac re Papa peccat? peccat ty-
rannide, multitudine, κακοζηλίᾳ, uanitate,
opinione.

Tyrannus est, quod Papa sumat sibi au-
thoritatem in Ecclesiam Christi, cui audet
præscribere leges quas uult, quæ una ex
notis Antichristi est.

Multitudine peccat, cum congerit in
infinitum ceremonias, nec ullum finem fa-
cit, immo magis onerat Ecclesiam Christi
ritibus, quam unquam Iudaicus populus
fuit grauatus, contra manifestum interdi-
ctum Petri, cuius se successorem gloriatur.
Ita enim Petrus ait: Quid tentatis Deum
imponere iugum super ceruicem discipu-
lorum, quod neque nos neque patres no-
stri portare potuimus.

κακοζηλία est quodd ad imitationem
prophanarum gentium, & ad similitudi-
nem Mosaicorum rituum multa sunt inue-
cta in Ecclesiam per Papam. Iam autem
gentium supersticio detestanda est, & mo-
saici

THESSALON.

saici ritus exhibito Christo cessare debueret. Quare ista Papalis καιοζηλια indigna est, quae locum ullum habeat in Ecclesia Christi.

Vanitas est, quod multi ritus Papistici sunt ασυμοι, tantum sunt histrionicæ quædam gesticulationes, nihil ad ordinem & decorum facientes.

Opinio damnanda accedit uidelicet necessitatis, quæ pugnat cum libertate Christiana, meriti, quæ pugnat cum Christi uictima, iusticiæ, quæ pugnat cum fide gratuitæ remissionis, & cultus, quæ pugnat cum dicto Christi, frustra me colunt mandatis hominum.

Restat ultimum quod proposuimus uidelicet disciplina, de qua quid uera Ecclesia sentiat ex uerbo Dei, & quid Papa contra audeat dicendum est.

Disciplina in Ecclesia Christi nihil aliud est, quam assuefactio quædam cum interior tum exterior, qua pñ assuefiunt ad pietatem, iusticiam, modestiam, & alias uirtutes, quaque in officio debito retinentur, ne excusso iugo Christi ferantur effrenes in quævis flagitia.

Partes huius sunt instructio & correccio, instructio absoluitur præceptis, quo-

O 3 rum

E P I S T . II . A D

rum alia mentem instruunt, affectus fre-
nunt, & uoluntates regunt. alia linguam
gestus & facta gubernant. Correctio est
castigatio quæ fit per gubernatores disci-
plinæ, hoc est per parochos & alios graues
uiros, quibus hæc cura commissa est. Miti-
or castigatio fit uerbis tantum, grauior ex-
clusione ab Ecclesia per excommunicatio-
nem, grauissima fit exclusione per anathe-
matismum, qui exercetur tantum in per-
tinaces hæreticos. Hæc ferè summa est di-
sciplinæ Ecclesiæ Christi, à qua quantum
aberret Papa facile est uidere in moribus
papalium, & abusu excommunicationis,
& fulmine anathematis, de quibus omnia
referre, quibus illorum libri referti sunt,
nolo. Quid enim ualet disciplina ubi fun-
damentum non est bonum?

Castigatio quæ uerbis fit apud eos eò
pertinet, ut Papa suos sub imperio reti-
neat.

Excommunicatio exercetur non in fa-
cinorosos, legitime iuxta mandatum
Christi admonitos, sed in pauperes, qui
fortè non sunt soluendo ea, quæ Papalis
dignitas sibi deberi autumat. Scortato-
res leui satisfactione reconciliantur. qui
obulum sacrificulo debet, & non soluit ad
nutum

D
fectus fre-
a linguam
directio est
tores dulci-
lios graues
fa est. Mit-
grauior ex-
nunicationis
per anathe-
mum in per-
summa est di-
qua quantum
e in moribus
municationis,
quibus omnia
ri referti sunt,
iplina ubi fun-
n!
fit apud eos co
o imperio rei-
etur non in fa-
ca mandanum
pauperes, qui
, quæ Papalis
at. Scorato-
cilianur, quí
(non soluit ad
nutum

THESSALON.

nutum, excommunicatione feritur, nō sine
graui, si dījs placet, ceremonia, è suggestu
declamitat in miserum hominem, infamat
insontem, candelas mittit, pulsat campa-
nula, horrenda uoce debitorem excludit
ab Ecclesia, immò non solum ab Ecclesia,
uerum etiam adimit omnem spem ueniae.
Sub tamen tacita conditione, nisi reus pe-
cunia fulmen extinxerit.

Exorcismus exercetur non in hereticos,
sed in eos qui Prophetica & Apostolica
scripta se contentos esse dicunt, in eos qui
solo sanguine Christi fatentur peccata ex-
piari, in eos qui dicunt Christum unicam
suam spem esse; in eos qui non inuocant
sanctos, in eos qui non omnia Papæ nu-
gamenta recipiunt. Breuiter in eos qui
Papam loco Dei non adorant. illam enim
formam qua usi sunt sancti patres, immo
Apostolus Paulus in corruptores Euan-
gelij, transfert Romanus tyrannus ad sta-
biliendum suum regnum, quod sophisti-
ca partum, Hypocrisi & tyrannide de-
fenditur. Non sunt ergo magis metu-
endi anathematismi Papales, quam si a-
mator aliquis turpis omnes suas ueteres
amicas anathemate ferire uellet, quæ iam
contemto meretricio amore honestis

O 4 oblo.

E P I S T . II . A D

oblectarentur nuptijs. Nam cum Papæ succubuimus uilissimis scortis turpiores eramus, nunc autem postquam Christo nupsimus, sponsæ honestissimæ coronam gerimus. Quo solo marito contenti, amatorem ueterem Papam execramur cum omnibus suis philtris & incantationibus.

Hæc placuit interserere de collatione Papæ Antichristi, & Iesu Mariæ filij ueri nostri Christi; singula persequi nolui, sed capita tantum attingere. Nam timendum est ne nostra securitas aliquid magni mali nobis adferat. Deus faxit ne nonnulli qui hactenus constantiæ laudem meruere, turpiter arma abiçiant & Turco aut Papæ se subiçiant. Talia enim minari uidetur nostra ingratitudo.

Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro uobis, fratres dilecti à Domino.

Hæc tertia pars est præsentis capititis, ea-
que consolatoria, ne uidelicet frangantur
animis Thessalonicenses, ob tantam con-
fusionem & plurimorum ruinam. Nam
cum gratias agit pro ipsis, collationem
facit

T H E S S A L O N.

facit inter Thessalonicenses, ac illos, qui
astu sathanæ abducebantur ab Euangelio,
ut qui certus sit de eorum constantia ac
perseuerantia in fide. Huius fiduciæ ratio-
nem addit, cum ait: dilecti à Domino.
Hæc enim dilectio sola facit eos & stabiles
ac securos. Huic igitur uult Paulus ut re-
spiciamus, quoties solicitude occupat ani-
mum: hæc sola gloriatio nostra est, quod
Deus pater nos in dilecto diligit.

Quia elegit uos Deus ab ini-
tio in salutem.

Ratio propositionis ab eterno Dei con-
silio de salute electorum sumpta. Fieri
enim non potest, quin salutem consequan-
tur, quos saluandos elegit. Elegit autem
in Christum credentes, quales se dilectio-
ne, patientia atque adeo uitæ innocentia
declararunt Thessalonicenses, habent au-
tem credentes triplex ius adeundi uitam
æternam, Electionis, quia unigeniti filij
membra sunt, Redemptionis, quia mortis &
uictimæ filij sunt participes, & pro-
missionis, quia Deus qui mentiri nequit
omnibus in Christum credentibus pro-
miserauit salutem. Ita enim scriptum est. Sic

O s Deus

EPIST. II. AD

Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Porrò credentes de uita æterna securos faciunt tria, Charitas adoptionis de qua Rom. 3. & 8. & Iohan. 3. Veritas promissionis. Sunt enim omnes promissiones Dei ratæ ac firmæ in Christo Iesu. Et facultas reddendi promissum. Est enim Deus omnipotens qui omnia quæ uult in cœlo & in terra facit. Præterea tria sunt quibus pīj ab impījs discernuntur. Electio apud Deum, quæ in Christo fundatur, extra quem de electione ne quidem cogitandum est. Dilectio uitæque innocentia apud homines. Est enim hæc germanus fidei fructus. Fides unumquemque apud se. Est enim fides donum & testimonium spiritus sancti, quod hic reddit spiritui nostro, ut indubitanter Euangeliō assentiamur, & ex hoc credamus nobis peccata propter Christum condonari, & uitam æternam donari.

In sanctificatione spiritus &
fide ueritatis.

Coniungit cum electione sanctificatio-
nem

D
uum sicut
qui credit in
vitam aet
ernea secu
optionis de
Veritas pro
promissiones
o Iesu. Et fa
Et enim De
quæ uult in
terea trahunt
natur. Electio
so fundatur,
quidem cogi
que innocentia
hac germanus
quemque apud
& testimonium
dit spiritui no
ngelio assentia
nobis peccata
ari, & uitiam
spiritus &
sanctificatio
nem

THESSALON.

nem spiritus & fidem ueritatis, & quia ue
ritatis fides (hoc est solida & sincera) non
nisi ex sanctimonia uitæ nobis innotescit,
priori loco sanctificationem spiritus, hoc
est spiritualem, quam spiritus sanctus per
regenerationis gratiam in credentibus o
peratur, ponit, ut ex proprio effectu tan
quam certissimo indicio fidem ostendat.
Hinc igitur discamus sanctificationem spi
ritus non separandam esse ab electione, sed
necessariò ex fide manare.

Quo uocauit uos per Euana
gelium nostrum in possessio
nem gloriae Domini nostri Iesu
Christi.

Ratio cursu sanctimonia uitæ ueræ, fidei
adesse debeat, eò enim uocamur per Eu
angelium, ut uitæ innocentia professioni
respondeat. Addit præterea finem sancti
moniae, cum inquit, in possessionem glo
riae Domini nostri Iesu Christi. Ut allu
dere uideatur ad Psal. 2. postula à me &
dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &
possessionem tuam terminos terræ. Cum
igitur pñ sint regis Christi gloria posses
sio, se

E P I S T . II . A D

sio, securi sint aduersus portas inferorum.
Deinde haud decet ut se contaminent fla-
gitij, addicentes se imperio peccati. Non
enim iam sunt sui iuris, sed eius cuius
sunt possessio, precioso eius sanguine ac-
quisita. Poterit & actiue exponi, ut sit
sensus. Ut possideatis gloriam commu-
nem cum Domino nostro Iesu Christo.
Huius communis gloriæ cogitatio, ut in
omnibus afflictionibus nos consolari de-
bet, ita quoque admonere, cum fidei,
cum sanctimoniae; sine quibus ad tantæ
gloriæ fastigium nemo descendere ua-
let. Iam colligamus ea quæ Paulus in
præsentí consolatione coniungit, ut no-
bis quoque eadem accommodemus, sed
consequutionis non collocationis ordine
seruato. Primo loco ponit dilectionem
Dei, quæ est prima nostræ salutis causa.
Deinde addit electionem, qua dilectos
ordinat, sed sciendum est utramque, hoc
est dilectionem Dei & electionem funda-
ri in Christo Iesu. ne uel de dilectione,
uel de electione extra hoc fundamentum
cogitemus, Nam qui id facit, nihil præ-
desperationem haurire poterit, ex præ-
destinationis doctrina. Tertio loco po-
nit uocationem per Euangeliū, quæ est
electio.

ele
Qu
Fide
fica
cun
Sex
glor
Chri
Chri
dem
quò
excit
dend
adeo
ad ar
num
comi
nobis
entian
ribus
mus a
cia fu
electi
notar
phesi

Ex

THESSALON.

electionis diuinæ euīdens testimonium,
Quartò, fidem qua iustificamur collocat,
Fides enim ex auditu est. Quintò, sanctifi-
cationem sp̄iritus ponit. Simul enim
cum fide datur gratia regenerationis.
Sexto, finem addit, nempe, ut simus
gloriosa possessio Domini nostri Iesu
Christi, seu ut una glorificemur cum
Christo. Hæc paulò aliter, sed in eun-
dem sensum referuntur ad Roman. 8. sed
quò hæc spectant? Primum hæc nos
excitent ad gratiarum actionem Deo red-
dendam exemplo Pauli, quod Deus
adeò nos in dilecto dilexerit. Deinde ad
ad amorem uerbi Dei, quod est orga-
num quo Deus suam dilectionem nobis
communicat. Tùm commendent hæc
nobis fidem, innocentiam uitæ, & pati-
entiam in præsentibus ærumnis. In om-
nibus enim malis huius mundi respicia-
mus ad scopum, & nos sustentemus fidu-
cia futuræ gloriæ per Iesum Christum: de
electione plena instructio legatur in an-
notationibus nostris in Epistolam ad E-
phesiōs.

Proinde fratres state.

Exhortatio est ad constatiam. solent
enim

EPIST. II. AD

enim prophetæ & Apostoli admiscere doctrinæ consolationes & exhortationes, Item minas & querelas: ut doctrinam auditoribus, seu lectoribus accommodent. State, id est firmi estote & stabiles, ne dimoueamini à doctrina ueritatis fide, & constantia ullis persecutionibus, aut hostium insultibus.

Tenete traditiones quas dicistis uel per sermonem, uel per epistolam nostram.

Commendat Thessalonicensibus doctrinam, quam antea à se didicerant, cùm per prædicationem præsentis, tūm per Epistolam absentis. Papistæ ex hoc loco suarum traditionum patrocinium petunt, sed frustra. Perperam enim definiunt traditionis uocabulum, dum hac uoce solummodo significari leges putant, quas Episcopi & prælati Ecclesiæ Dei præter uerbum Dei obtrudunt. Verūm Apostolis & sanctis patribus alius est huius uocis usus. Illi enim generalius hoc uocabulum accipiunt, ut Dei, & hominum doctrinam complectatur. Paulus 1. Corin. 15.

Tra-

THESSALON.

Tradidi uobis in primis, quod & accepi,
quod Christus mortuus est pro peccatis
nostris secundum scripturas. Et 1. Corint.
11. Ego enim accepi à Domino, quod &
tradidi uobis, quod Iesus Christus in ea
nocte qua traditus est, accepit panem &c.
Matth. 15. Cur discipuli tui transgrediun-
tur traditionem seniorum. Ex hisce tribus
testimonij triplicem traditionem esse con-
cludo. Primam doctrinæ, mediam di-
uinarum cæremoniarum, ultimam rituum
humanorum. Traditio doctrinæ est legis
& Euangeli, & aliorum locorum, qui cum
illis coniuncti sunt. Traditio cæremoniarum
diuinarum, est baptismi & cœnæ domini-
cæ in nouo testamento. Traditiones enim
ueteris populi abolitæ sunt. Traditio ritu-
um humanorum continet canones uarios,
cum de cæremonijs, tum de disciplina cleri
& populi. Irenæus libro 3. sæpè traditionis
vocabulo utitur pro doctrina, quam Apo-
stoli acceptam à Domino tradiderant au-
ditoribus suis, adeò ut ipsum Apostoli-
cum Symbolum ab illo authore dicatur
traditio Apostolorum. poterit & alia tra-
ditionum diuisio dari, ut alia sit diuina,
alia humana, & utraq; duplex, nempe do-
ctrinæ & rituum. Sed diligenter cauendum
est,

E P I S T . II . A D

est , ne traditionibus diuinis admisceamus
humanas . Est enim maximum inter eas
discrimen . Diuinæ enim traditiones nos
obligant authoritate Dei ad perpetuam
obedientiam . Humanæ autem libertati
Christianæ cedunt . Præterea non est ea-
dem ratio humanarum traditionū , Quæ-
dam enim aperte pugnant cum uerbo
Dei , & abducunt à Christo . Ut sunt in-
uocatio Sanctorum , Missarum prophana-
tio , idolorum immolatio , nugamentum
purgatorij , indulgentiarum abominatio ,
& multarum cæremoniarum inepta con-
geries . Huiusmodi omnibus pijs fugien-
dæ & detestandæ sunt , iuxta præceptum
Domini , Cauete à falsis Prophetis . Item ,
cavete à fermento Pharisæorum . Quæ-
dam sunt piæ & honestæ , in hoc à sena-
tu Ecclesiæ institutæ , ut nihil fiat inor-
dinatè & tumultuariè , sed piè ac pruden-
ter , tanquam in conspectu Dei & Ange-
lorum : ut ordo & decorum , iuxta con-
silio Pauli , seruetur . Ordinis quidem
est ut præsidentes habeant suæ admini-
strationis regulam , ut auditores assuefi-
ant ad obedientiam & disciplinam , ut be-
ne composito Ecclesiæ statu , paci ac tran-
quillitatí consulatur . Decori uero est ut
excit-

exal-
ut m-
tion
caue
cred
scien
proc
tegra
in loc
plura
tum
atting
gentib
focato
duo co
Apost
tiones
ipisis ob
Verum
quaqua
enim o
quenda
Deinde
uioland
tes ne si
nem in
que lex
dant A

THESSALON.

excitemur ad pietatem illis adminiculis, ut modestia & grauitas in pietatis tractatione eluceant. Verum in his diligenter caueantur tria. Primum ne ad salutem credantur necessariæ. Secundum, ne conscientiæ iniçiantur laquei. Tertium, ne pro cultu Dei habeantur. Porro quia integræ tractatio de traditionibus humanis in locis Philippi habetur, non opus est hinc plura de traditionibus adiçere, sed tantum unum argumentum aduersariorum attingam. Apostoli Acto. 15. præcipiunt gentibus ut abstineant ab idolothyris, suffocato & sanguine. Hinc Romanenses duo concludunt. Primum quod ipsis & Apostolorum successoribus liceat traditiones condere. Alterum quod populus ipsis obedientiam in traditionibus debeat. Verum illud Apostolorum concilium nequam patrocinatur Papistis. Huius enim concilij primum caput fuit, relinquendam esse gentibus suam libertatem. Deinde sequitur æterna lex Dei, de non uiolanda charitate. Quare admonent gentes ne sua libertate abutantur in offenditatem infirmorum fratrum, atque haec quoque lex æterna est. Hanc nunc accommodant Apostoli ad præsentia tempora, &

P homi-

E P I S T . II . A D

homines in hanc sententiam. Præceptum
Domini est, ne fratres infirmos lædatis.
sed fratres infirmi læduntur, si idolothy-
tis & suffocato & sanguine uescamini, edi-
cimus igitur uobis in uerbo Domini, ne
cum scandalo manducetis. Ex his puto in-
telligi non solum quid de traditionibus
sentiendum sit: Verum etiam quomodo
importunis aduersariorum obiectamentis
sit obuiandum.

Ipse autem Dominus noster
Iesus Christus & Deus & pater
noster qui dilexit nos, & dedit
consolationem æternam, & spem
bonam in gratia, consoletur
corda uestra, & confirmet uos
in omni sermone & opere bono.

Hæc postrema huius capitil pars est.
quæ ut supra in indicatione ordinis ad-
monui, continet uotum & precationem
pro Thessalonicensibus, Nimirum ut
Deus ipsos consoletur ac confirmet in om-
ni sermone & opere bono. Hoc est, ut
pleno

T H E S S A L O N .

pleno uerbi Dei intellectu instructi, fructum edant cogniti uerbi in omni opere bono. Cæterum diligenter obseruetur ordo uerborum Pauli. Primo loco Christum ponit, per quem ad patrem habemus accessum. Rom. 5. & Ephes. 3. Qui enim sine Christo mediatore in conspectum maiestatis prodeunt, suæ temeritatis poenas luent. Et ut fidei admoneat nos, uocat ipsum nostrum Dominum, ut quem fide posidemus uictorem Sathanæ ac donatorem uitæ æternæ. Deinde addit, & Deus, qua uoce nos admonet maiestatis diuinæ, & omnipotentiae, unde fides solatum accipiet aduersus omnium hostium potentiam & consilia. Præterea subdit, & pater, ut non solum omnipotentia diuina, uerum etiam affectus paternus ueniat nobis in mentem. Quare hæc tria simul cogitemus, accessum nobis patere ad Deum per Christum fide; potentiam Dei qua potest nos liberare: & affectum paternum quo nos ut filios in dilecto complectitur. Deinde à priori beneficio confirmationem petit, inquiens: Qui dilexit nos & dedit consolationem æternam per uerbum Euangeliū, cōtinuando, scilicet, sua erga nos beneficia, & spem bonam in gratia, id est, gratuitam

P 2 nullo

E P I S T . II . A D

nullo nostro labore partam . nimirum de
æterna gloria possidenda per Christum ,
modò in eum firma fiducia recubueri-
mus . Hæc inchoatio beneficiorum Dei
euidens testimonium est misericordiæ .
Vult igitur inchoatum beneficium perfic-
cere , unde sequitur quod renati possint
retinere dona , cum se petunt iuuari iuxta
dictum , Lucæ cap . ii . Quanto magis
pater coelestis dabit spíritum sanctum pe-
tentibus . Obseruetur quoque hîc testi-
monium de diuinitate Christi , & quod
sit distincta persona à patre , æqualisque
potentiae , & maiestatis cum patre . Nam
cum Paulus Christū inuocat , statuit eum
ubique præsentem & exaudientem inuoca-
ntes , quod sanè proprium est diuinæ
naturæ . Et cùm distinctè ponit Christum
& patrem personarum distinctionem ag-
noscit , præterea quia hîc filij nomen prio-
ri loco , & patris persona posteriori , & aliás
in scriptura ut in uerbis baptismi , patris
persona præcedit , intelligatur po-
tentiae & maiestatis æ-
qualitas .

C A P V T

THESSALON.
CAPVT TER-
T I V M.

S V M M A T E R T I I
C A P I T I S.

Pro cursu Euangelij & pro se orari petit consolans Thessalonicenses & orans pro ipsis, præcipit ut fugiant ordinis desertores, ut ipsis suum exemplum imitando quæ decent agant. utque placidè tanquam fratres admoneant delinquentes, quò in viam redeant.

ORDO ET PARTES
C A P I T I S T E R T I I.

Hoc caput paræneticum est, & continet uarias & utiles admonitiones, quod in sex partes licet distinguere. Primum enim hortatur pro cursu Euangelij & pro se fieri preces, Deinde consolatur eos, erigit aduersus defectionis periculum, Tertio loco precatur pro ipsis. Quarto, hortatur ne commisceantur cum inordi-
P 3 nate

CAPVT

EPIST. II. AD

natè ambulantibus, sed se potius exemplum uitæ imitentur. Quinto, hortatur ad laborem & alia officia. Sextò. Quomodo cum delinquentibus agendum sit monet. Posthæc suo more claudit Epistolam.

EXEGESIS TERTII
CAPITIS CVM OBSERVATIONE doctrinarum.

Quod reliquum est orate fratres pro nobis, ut sermo Domini currat & glorificetur, quemadmodum & apud uos, & ut liberemur ab importunis & malignis hominibus.

H Aec prima huius capitatis pars est, continens hortationem, in qua Paulus hortatur Thessalonicenses, ut profarent, & addit huius suæ exhortationis duas causas. Vnam quidem ut sermo Dei currat (hoc est propagetur & spargatur passim per orbem) & glorificetur (hoc est fructum ferat in auditoribus, ut Deum ex fide

fide
ipse
mal
dai
tum
qui
hac
turba
hoc
nem
opus
cibus
magn
pron
mun
ange
rat; l
ut m
destru
Terti
tunos
uis q
tatis
num
arida
inflan
guitur

T H E S S A L O N .

fide glorificant.) Posteriorem uero, ut ipse Paulus liberetur ab importunitate & malicia hominum, Cùm Iudæorum Iudaismum miscentium cum Euangelio, tūm aliorum prophanorum hominum, qui omnia in quæstionem uocarunt, ut hac ratione doctrinam Euangelij uel perturbarent uel malitiosè extinguerent. Ex hoc loco tria discamus, primum neminem eò progressum esse in pietate, qui non opus habeat communibus Ecclesiæ pre-cibus. Quare admoniti exemplo Pauli magnificiamus Ecclesiæ preces, easque pro nobis fieri exoptemus. Deinde commune piorum officium esse precari, ut Eu- angelium latè spargatur, ac fructum ferat: Idque cùm ut Deus glorificetur, tūm ut multi nobiscum cœlestis hæreditatis, delecto regno diaboli fiant participes. Tertium, cauendos esse homines importunos & malignos, ne illorum intempestiuis quæstionibus illaqueati, à recto ueritatis cursu deflectamus. Est enim huma-num cor, ut inquit Nazianzenus, ueluti arida stipula, quæ scintillis errorum facile inflammatur, sed difficile rursus extin-guitur.

P. 4 Non

EPIST. II. AD
Non enim omnium est fi-
des.

Ratio per querelam, quasi dicat, multi sunt quidem qui fidem iactant, & de fide importunè disputant, sed pauci sunt, qui uerè credunt. Explicat igitur hisce uerbis Paulus, quosnam supra importunos & malignos uocat, nempe eos qui fidem si-
mulant, & interim fidei hostes se uita & curiosis quæstionibus declarant. Oratio mutata in concretum clarior est, Non om-
nium est fides, id est non omnes sunt fide-
les. Haud enim raro abstracta Hebraica consuetudine pro concretis ponuntur.

Fidelis autem est Dominus,
qui confirmabit uos, & custo-
diet à malo.

Hæc consolatio est secunda huius capi-
tis pars, qua erigit Thessalonenses, ad-
uersus defectionis periculum, quod tūm
uidebatur imminere, ab ijs qui importu-
nè & malignè quæstiones inutiles moue-
bant. Obserua autem hīc argumentum
Pauli sumptum à fide Dei: quod in hunc
modum

T H E S S A L O N.

modum complere licebit. Deus stat pro-
missis, est enim fidelis, Deus uocauit uos
per gratiam, & adoptauit in filios. Igitur
uobis, ut suis filijs, aderit confirmaturus
uos, ne malignus ille suis technis uos sub-
ruat. Cæterum nobis uigilandum & oran-
dum est, ne nostra oscitantia & iniuria ac-
cessamus nobis periculum, atque hoc est
quod subiungit his uerbis.

Confidimus autem in Do-
mino de uobis, quod quæ præ-
cepimus uobis & facitis, & fa-
cietis.

Quasi dicat, non dubito quin extra
omne periculum sitis futuri, modò ijs
quæ per prædicationem Euangeliū didi-
cistis adhæseritis, ueram pietatem per o-
mnem uitam meditantes. Hic uidemus,
quod in salute hominis comparanda uo-
luntas humana nō sit merè passiva, ut sta-
tua, sed quod simul requiratur uoluntas
nostra adiuta à spiritu sancto, quæ si spi-
ritui sancto se opposuerit, fidem abjectit &
certam damnationem sibi accessit. Vera
est enim sententia Nazianzeni, Θεός γένους
P 5 εγκοντα

E P I S T . II . A D

Εκοντα σαύσει βίᾳ, id est, Deus non inui-
tum uiolenter saluabit. Relinquamus igitur
phantasias stoicas, ac pietatis exercitijs,
assiduè pugnando aduersus carnem, inui-
gilemus.

Ipse enim Dominus diri-
gat uestra corda in dilectio-
nem Dei, & in expectationem
Christi.

Hic tertio loco precatur pro Theffalo-
nicensibus , ac simul duo docet, primum
quod Dominus ipse dum inuocatur à no-
bis, manum adhibere, & nostræ infirmita-
ti succurrere uelit , dato suo spiritu sancto,
quo dirigantur corda nostra recte in salu-
tis cursu. Deinde docet quonam omnia
nostra studia & omnes conatus nostros re-
ferre nos oporteat , nimirum ad dilectio-
nem Dei , qua ea quæ illi placita sunt in
hac uita facere studeamus, & ad expecta-
tionem Christi , qui adueniet iudicaturus
orbem. Quemadmodum autem dilectio
Dei facit , ut in hac uita studeamus Deo
per omnia placere : Ita expectatio Christi
nos in omnibus afflictionibus consolabi-
tur,

D
non inui-
amus igit̄
exerim̄s,
nem, inui-

nus dīris
dilectio-
stationem

pro Thessalo-
ocer, primum
nuocarū à no-
træ infirmita-
spiritu sancto,
rarecē in falu-
tionam omnia
trus nostros re-
um ad dilectio-
placita suarū in
& ad expecta-
tū iudicantis
autem dilectio
studemus Deo
peccatio Christi
ibis confabili-
tur,

THESSALON.

tur, ne fracti impatientia confessionem ab-
ñciamus. In tota igit̄ uita ad dilectio-
nem Dei actiones nostras referamus : in
cruce ac aduersitatibus expectatione Chri-
sti liberatoris nos sustentemus.

Porro præcipimus uobis
fratres in nomine Domini no-
stri Iesu Christi, ut subducatis
uos ab omni fratre inordinate
ambulante & non secundum
traditionem, quam accepit à no-
bis.

Hæc quarta præsentis capitî pars est,
quæ eò pertinet, ut fugiamus occasiones
peccati. Nihil enim magis proclive est,
quam malo sodalitio corrumpi, iuxta dí-
ctum : Corrumpt bonos mores δημι-
λίαι κακού, id est, sodalitia & colloquia
praua. Item, qui tetigerit picem inquinat
bitur ab ea. Huc pertinet etiam gnomi-
cum Theognidis dictum. ἐδλῶρ μεν
γῆς ἀτὸς ἐδλάτε διδάξειεν, ἡ κακοῖσι συμ-
μιχθῆς, ἀπολέτε τὸν δὲ παρόντα νοοει.

Ita

E P I S T . II . A D

Ita h̄c Paulus uult, ut fugiamus inordinatos fratres, Non ita sanè, quin eos moneamus sui officij, & obiurgemus ex dilectione, quo redeant in uiam, sed ne conuersemur cum illis familiariter, unde aliqua labes in nos quoque aspergi possit. Sed quos uocat inordinatos? Hos ipse Paulus definit esse, qui iuxta traditionem à se acceptam non uiuunt. Traditio autem Pauli doctrinæ fidei & morum est, hos ergo uult caueri ut inordinate ambulantes, qui uel contra doctrinam inutiles mouent quæstiones, uel qui fidei uani potius iactatores sunt, quam sinceri amatores, uel qui morum improbitate alijs sunt scandalo. Qui enim tales sunt fratres & Christiani dici quidem uolunt, sed quia Deum factis negant, abominabiles sunt, iuxta dictum Pauli ad Titum 1. Deum inquit confitentur se scire, at operibus negant, cum sint abominabiles & contumaces ad omne opus bonum reprobi. Hoc loco abutuntur Phanatici quidam, qui non putant in ullo cœtu ueram esse Ecclesiam, ueramque sacramentorum administracionem, in quo aliqui sunt impii & prophani homines. Vnde sequitur magna absurditas, nempe quod in familia Adam non fuerit

THESSALONI

fuerit uera Ecclesia, Quia ibi Cain impius delituit. Nec in familia Noe, quia impium Cham secum in arca habuit: Imo nec in Christi societate & in extrema coena in qua Iudas proditor conuiua aderat. Breuiter nullus est cœtus in mundo nec fuit, in quo aliqui non sunt admixti mali. Proinde istos phanaticos fugiamus qui fingunt nobis Ecclesiam, quemadmodum Plato perfectam politiam, quæ apud Ideas ipsius adhuc delitescit, nec unquam in lucem prodibit. Deinde & in hoc errant, quod existiment Paulum hoc loco de excommunicatione agere, tantum enim de ea segregatione seu subductione loquitur, quæ in nostra manu & arbitrio posita est. Est enim hoc in nostra manu subducere nos à familiari improborum conuictu & conuersatione. At non liberum est nobis, modò ueri Christiani esse uelimus, à publico cœtu Ecclesiæ nos subducere. Est enim æternum Dei mandatum, ut oves Christi uocem sui pastoris audiant, ac ministerio uerbi debitam præstent obedientiam. Proinde sciant infirmi abstinentum esse à flagitiolis & inordinatis, quantum ad priuatam conuersationem attinet, non quantum ad Ecclesiæ communicatio-

E P I S T . II . A D

nicationem , nisi censura Ecclesiæ fuerint
excommunicati . Quocirca consilium Au-
gustini sequamur (qui inquit) misericor-
diter corripiet homo quod potest , quod
autem non potest patienter ferat , & cum
dilectione gemat ac lugeat .

Ipsi enim scitis quomodo
oporteat imitari nos , quod non
inordinate uiximus inter uos ,
neq; gratis panem comedimus
ab aliquo , sed in labore & fa-
tigatione nocte ac die laboran-
tes , ne grauaremus aliquem ue-
strum .

Loco rationis suum exemplum pro-
ponit , docet enim , ut bonus doctor , non so-
lum præcepta uitæ , ac normam morum
uerbis præscribit discipulis & auditori-
bus , uerum etiam se ipsum exemplar sta-
tuit , quo præceptis & exemplis simul eru-
diantur discipuli . Qui enim piè docent
& malè uiuunt , non solum moribus de-
struunt quod doctrina ædificant , uerum
etiam sibiipsis & alijs duces sunt ad exi-
tium .

THESSALON.

tiūm. Quapropter Menandrum recte dī-
xisse existimō, Cum inquit: Mores di-
centis, non sermones persuadent. Discant
igitur ex hoc loco docentes cūm in scho-
lis, tūm in templis se speculum doctri-
næ exhibere discipulis, suisque moribus
quod docent exprimere. Sed quomodo
uult Paulus Thessalonicenses se imitari?
Non inordinatē uiuendo, & quia poti-
ssimum hæc admonitio pertinet ad fu-
cos otij amatores & laboris uocationis
desertores, Argumentum proponit à ma-
iore ad minus hoc pacto: Ego Paulus
qui uester doctor sum, non comedo pa-
nem alicuius gratis, immo labore mani-
bus pro uictu, tametsi iure possim à uobis
laboris mercedem petere. Multò minus
alijs deberent ex alieno uiuere & otium se-
ctari. Sed quid dicemus? Num Paulus
hic ministris uerbi & alijs Christianis gene-
ralem regulam præscribit? An non iuxta
dictum Domini dignus est mercenarius
mercede sua? Obseruanda est temporis
circumstantia. Paulus prædicauerat Eu-
angelium Thessalonicensibus, quos pri-
mus Christo adduxit. Iam si quod per-
missum à Domino est stipendum laboris
petiūset, non defuissent Sycophantæ,
qui

EPIST. II. AD

qui dixissent Paulum uentris curam habere potius quam salutis hominum. Quare prudenter & pie abstinet a suo iure ne quid impiorum calumniæ noceant suo ministerio. Quod sanè exemplum omnibus pijs ministris est imitandum, nimirum ut ante omnia gloriam Dei & salutem animarum querant, suis commodis sæpe neglectis.

Non quod habeamus potestatem, sed ut nos ipsos Typum daremus uobis ut imitaremini nos.

Hæc ualde necessaria est præoccupatio qua anteuertit eorum obiectionem, qui ab exemplo Pauli regulam generalem erant facturi: Nimirum ut omnes uerbi ministri gratis docerent, ac de suo proprio labore uiuerent exemplo Pauli. Sed Paulus distinguit inter ius & factum. Ius se habuisse dicit accipiendi stipendium & mercedem pro suo labore. Quemadmodum copiosius docet 1. Corinth. 9. Et ego supra pluribus ostendi, 1. ad Thessal. 2. sed a facto se abstinuisse tantum dicit, idq; ideo,

THESSALON.

ideo, ut malignis hominibus omnem calumniandi, & sinistrè de se suspicandi occasionem amputaret: Attamen Paulus dicit se hoc fecisse quo alijs daret exemplum, quod imitarentur. Fateor id quidem, omnes enim ministros uerbi decet factum Pauli imitari, quantum quidem ad genus facti attinet, uidelicet, ne impediant cursum Euangelij importuna sui iuris usurpatione, neue ullam quantum in se est malignis hominibus occasionem calumniæ præbeant. Cauent igitur pro uiribus pñ uerbi ministri, ne quid faciant, quod doctrinæ Evangelicæ inuidiam conciliare possit, discantque omnia ferre, ne quod scandalum dent Euangelio Christi.

Etenim quando eramus apud uos hoc præcipiebamus uobis, quod si quis non uult operari, neque edat,

Iustissima sanè regula: Sed cuius charitas επιείκεια & moderationem nouit. Neque enim hac regula excusaueris te, si indigentem proximum in sua necessitate non subleuaueris. Quare rectè iuxta præsentis

Q loci

E P I S T . II . A D

Ioci peristasis intelligenda est, hoc pacto.
Si quis non laborat, id est, si ualidus & for-
tis otium sectatur, ut ex alieno uiuat, præ-
textu religionis, is non edat, hoc est, Si-
nendus est tantisper donec fame coactus
laborare pro uiectu incipiat. Vult igitur
hæc Pauli regula, ut inter ualidos & infir-
mos discernamus. Illi enim compellendi
sunt uel durissimo telo fame, ut honesto
labore sibi uiectum querant: Hi iuuandi
& fouendi sunt, ut Christi membra & co-
hæredes uitæ æternæ. Porro si quis ex
hoc Pauli loco contendere uelit manua-
rium laborem omnibus præcipi, πρόσαρτος
textus eum confutat. Loquitur enim hic
Paulus, ut antea admonui, de otiosis ho-
minibus qui nihil boni in commune con-
tulerunt, sed ex alieno iners sectantes otium
uixerunt. At Genes. 3, dicitur. In su-
dore uultus tui uesceris pane tuo. Respon-
deo, non esse præceptum sed irrogatio-
nen poenæ, quam more scripture notat
speciei uocabulo. Per laborem enim om-
nes ærumnas & calamitates impositas ge-
neri humano propter peccatum intelligit:
quæ sanè calamitatis, tametsi communes
sunt toti generi humano, non tamen æqua
mensura singulis membris imponuntur,

sed

sed
men
inuo

am
oper
gent

la
nis o
quod
textu
facere
nihil a
male d
mines n

H
horta
strum
quiete
come

Con
ambula

THESSALON.

sed singulis partitur Dominus certam
mensuram, & mitigat in ihs, qui se ex fide
inuocant.

Audiuiimus enim quosdam
ambulantes inordinate, nihil
operis facientes sed curiose a-
gentes.

Iam proximæ præcedentis exhortatio-
nis occasionem attingit. Audiuerat enim
quosdam ocium sectari, & religionis, præ-
textu ex alieno uiuere, hos contra ordinem
facere asserit, ut qui nō solū otium captent
nihil agendo, uerum etiam ex otio agere
male discant, iuxta uulgare dictum. Ho-
mines nihil agendo, male agere discunt.

Huiusmodi præcipimus &
hortamur per Dominum no-
strum Iesum Christum, ut cum
quiete operantes suum panem
comedant.

Conatur reuocare in uiam inordinate
ambulantes, diligenter aut obseruanda est

Q 2 obte-

E P I S T . I I . A D

obtestationis formula , qua eos obtestatur
per Dominum nostrum Iesum Christum ,
quo initium secundi capituli ad Philippen-
ses referatur. Si qua igitur consolatio in
Christo , si quod solatum dilectionis , Si
qua communio spiritus , si qua uiscera
& miserationes , implete meum gaudium ,
&c.

Quies cuius h̄ic meminit , curiositati
malignae opponitur , Quemadmodum
ostendi supra capite quarto prioris Episto-
læ ad ThessalonICENSES. Vult igitur Pau-
lus , ut ociosi curiositatem & inertiam fu-
giant , ac se honesto sustentent labore . Pro-
inde ut commendatur h̄ic omnibus Chri-
stianis modesta quies cum proprio labore :
Ita econtra prohibetur maligna curiositas .
Quod h̄ic sine addito operantes dicitur ,
in priori Epistola exponitur , cum additur
propria : ut quilibet Christianus in sua
uocatione sit sedulus ac fidelis . Nempe
ut suum panem comedat honesto labore
partum. Idem vult Dominus cum præci-
pit orare : Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie . Vult enim ut nostro
labore uiuamus , ita tamen , ut benedi-
ctionem omnem à Domino esse agnoscamus .

Vos

THESSALON.

Vos autem fratres ne defatigimini facientes bene.

Inordinatos admonuit, nunc autem pi-
os hortatur, ut in cursu sine defatigatione
contendant. Verbum græcum ἐκκακήσατε
significantius est. Nam significat propriè
in aliqua re seu actione reddi remissiorem,
seu deteriorem, ut si quis certas actiones
sibi quotidie obeundas præscriberet, &
in eis paulatim desiceret quasi pertæsus
laboris. Vnde uetus interpres & Ambro-
sius reddiderunt, nolite deficere benefaci-
endo, Athanasius putat prolepsin esse, qua
occurrit Paulus ijs quæ ex superiori dicto
(panem suum comedant) sumerent occa-
sionem, nihil in usum proximorum indi-
gentium conferendi, quos dicit Paulum
reuocare ad commune officium, nimirum
quod non inde debeant sumere occasio-
nem defatigationis in præstandis proximo
officijs ex charitate. Verum Paulus ui-
detur generalius loqui. Nempe de omni-
bus pietatis exercitijs, ut hoc membrum
opponatur inordinationi in genere, quam
reprehendit.

Q 3 At si

Vos

EPIST. HEI AD

At si quis non obtemperat
sermoni nostro, per Epistolam
hunc indicate, ut ne commerti-
um habeatis cum illo, ut pudore
suffundatur neque uelut inimi-
cum habeatis, sed admonete ut
fratrem.

Hæc sexta huius capitinis pars est, in qua
docet quomodo agendum sit cum inordi-
natè ambulantibus, & pertinet hæc pars
ad disciplinam seu iurisdictionem Eccle-
siasticam, ut autem hæc Pauli præceptio
utilissima Ecclesiæ intelligatur, apertius
analysin instituam, ac in certas partes hanc
pericopam distribuam, unde apparebit
quomodo sit cum delinquentibus agen-
dum. Prima igitur particula est ut doce-
antur homines, quid facto sit opus, quidq;
deceat, Secunda, ut aberrantes ab ordine
à fratribus, quibus ea res innotuit, admo-
neantur. Tertia, ut admoniti sed præfracti
ministris Euangeli declarentur, quo ipso-
rum proteruia illorum autoritate castige-
tur. Quarta, ut qui ministrorum authori-
tati non cedunt, uitentur ab alijs, & exclu-
dantur

D
emperat
pistolam
ommertis
t pudore
lut inimi
monete ut

pars est, in qua
sit cum inordi-
naret hæc pars
tionem Eccle-
Pauli præceptio
zatur, apertus
tas partes hanc
nde apparebit
tentibus agen-
tula est ut doce-
re opus, quidq;
entes ab ordine
notuit, admo-
ti sed præfati
ntur, quo ipso-
ritate castige-
rum authori-
alij, & exclu-
dantur

T H E S S A L O N.

dantur à cœtu Ecclesiæ. Quinta particula
est de fine excommunicationis. Nimirum
ut lapsus pudore suffusus resipiscat tan-
dem, ac reconcilietur Ecclesiæ. Sexta par-
ticula est de affectu piorum erga fratres er-
rantes & excommunicatos. Nimirum ut
non persequamur illos tanquam hostes,
sed ut admoneamus tanquam fratres, quod
eos Christo lucri faciamus.

Ipse autem Dominus pacis
det uobis pacem semper omni
modo, Dominus cum omnibus
uobis. Salutatio mea manu Pau-
li, quod est in omni Epistola, ita
scribo : gratia Domini nostri
Iesu Christi cum omnibus uo-
bis, amen.

Iam claudit Epistolam suo more, idque
fausta imprecatione, optans Thessalonici-
ensibus pacem, hoc est omnia prospera ac
salutaria ac præcipue gratiam Dei, hoc est,
fauorem quo Deus nos complecti-
tur credentes propter filium.

F I N I S.